



37
38 R
20

JURISPRUDENTIÆ
ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ
LIBRI IX.
TOMUS QUINTUS
COMPLECTENS
JUS CANONICALE CATHOLICORUM.

Nove, non nova. Vincent. Lirin. in Common.



VENETIIS, MDCCXC.



TYPIS SIMONIS OCCHI.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



AD LECTOREM.

Irari persæpe soleo, quid sit, quod eorum Scriptorum, qui historicum campum decucurrerunt, omnes quidem rerum, nemo autem verborum historiam contexuerit. Nam cum verba ad rerum cognitionem nos ducant, nunquam ad plenam rerum notitiam poterimus pervenire, nisi per plenam verborum intelligentiam. Non loquor de linguarum scientia, quam jam omnium doctrinarum atque scientiarum fundamentum, ac solum esse debere, nemo non videt; loquor de quibusdam vocibus, ac nominibus, quæ varias pro varietate temporum, ac locorum habuere notiones. Ut in nostro curramus pulvere, sunt in sacris canonibus plura vocabula, quorum ortum, progressum, vicissitudinesque nisi plane cognitas habueris, sæpe hæreas, sæpe claudices, sæpe corruas necesse est.

Ex multis, quæ proferre possem exempla, pauca tantum colligam, eaque quæ omnium oculis obversantur, quæque ad rem nostram maxime faciunt. Incipiam a *Papæ* nomine. Hic videas oportet, quæ sæcula percurras, quasque peragres regiones. Nam si in sæculum tertium, quartum, quintumque incideris, tunc non solum Romano, sed aliis quoque Episcopis dabis nominis hujus honorem. Quod si ad Græciæ oras appuleris, ibi hoc nomine Presbyteros etiam appellabis. (Vid. infra Qu. XXI, Not. *c*.) Quid *Patriarchæ* vox? Hæc quinto sæculo orta Romanorum, Alexandrinorum, atque Antiochenorum solummodo Episcoporum comes primum fuit, ac socia, deinde cum aliis etiam majorum gentium Episcopis iniit societatem. (Vid. supra Lib. II, Q. I, N. *a*, Qu. V, VI, Petrum de Marca Dis-

sert.

fertat. de Primat. Bernard. de Rubeis. Mon. Eccl. cap. XL.) Quid dicam de Vocabulo *Metropolitæ*? Hoc sub initium Sæculi IV audiri cœpit, ac primis illis temporibus primarum tantum Sedium Episcopis inditum fuit, illisque unis constitit usque ad exitum sæculi IV, quo vertente hujusce nominis gloria cum omnibus Provinciarum Præsidibus communicata fuit, atque ad Sæculum V usque medium utrisque communis hæsit, quo demum tempore primarum Sedium Episcopi *Metropolitarum* nomen dedignati, aliudque sibi præclarius, ac splendidius *Patriarcharum* nacti, illud secundarum Sedium Episcopis reliquerunt. (Vid. sup. Lib. III, Qu. II, III.) Nec Episcopis semper idem nomen, nec *Episcopi* verbo eadem semper vis, ac notio. Nam initio statim qui puri puti Presbyteri, *Episcopi* etiam dicti fuerunt, nec nisi post annum sexagesimum primum Æræ Christianæ veri Episcopi *Apostolorum* nomen exuerunt, illudque *Episcoporum* sibi induerunt. (Vid. sup. Lib. IV, Qu. III, IV, V, VI.) Idem dicendum de *Presbyterorum* vocabulo, quod principio latissime patuit, ad pauciores deinde contractum fuit, ad nudos denique Sacerdotes omnisque tituli expertes redactum est; quique primitus uno *Presbyterorum* nomine contenti erant, postea *Periodeutarum*, *Vicanorum*, *Forasticorum* cognomen sibi invenerunt, ac demum alii *Cardinales*, alii *Parochi*, alii *Canonici* vocari maluerunt.

Quin pluribus te detineam, ex hisce paucis satis, opinor, intelligis, quanta sit *Verborum* Historiæ necessitas, quantaque hujusce ignorationem rerum ignoratio sit consequutura. Qui enim ad rerum cognitionem venire potes, nisi prius didiceris, quot, quæque nomina iis rebus imposita fuerint, num hæc nomina iisdem semper rebus constiterint, ac constanter hæserint, num eamdem semper retinuerint significationem? Quot Theologi non extitere, qui hæc, horumque similia ignorantes, atque dogmatum novitatem ex verborum novitate æstimantes, in maximos errores inciderunt? quasi vero rei antiquæ nova nomina aut imposita nunquam fuissent, aut imponi non potuissent. (Vid. Vigil. Tapsens. Tom. II Opp. S. Athanas. pag. 632, de verbis *Consubstantialis*, & *Transubstantiationis*.)

In hunc scopulum (ut ad id veniamus, quod hoc libro propositum nobis est) impegerunt ii etiam Scriptores, qui Canonicorum originem ab eo tempore, quo *Canonici* cognominati sunt, petendam esse existimarunt; quasi vero ante illud tempus nullus extitisset Episcopi Senatus, aut illi Presbyteri,

teri, ex quibus conſtabat Epiſcopi Senatus, non iidem fuiſſent, ac hi, qui poſtea *Canonici* ſunt appellati. Juverit igitur hanc erroris nebulam multorum oculis offuſam disjicere, illudque planum facere, Canonicos longe ante ſibi inditum *Canonicorum* nomen extitiſſe, & jam inde uſque ab Eccleſiæ incunabulis in *Presbyterorum* nomine delituiſſe. Verum cum inter primos illos Presbyteros, atque hujuſce temporis Canonicos tam magnum, tamque immane interſit diſcrimen, ac diſſimilitudo, ut monſtri ſimile videatur, hodiernos Canonicos Apoſtolicis illis Presbyteris eſſe prognatos, idcirco neceſſe habemus ſcalas ipſas exhibere, graduſque omnes indicare, quibus ab primis illis Presbyteris, quorum fidei ac curæ primæ Eccleſiæ ab Apoſtolis concredebantur, ad noſtrorum uſque temporum Canonicos recta linea deſcendas, eorumque in omni curſu viciſſitudines commutationeſque ita perſequi, ut omnes intelligant, ſuiſque met oculis videant, Apoſtolicos illos Presbyteros horum Canonicorum proavos eſse, atque hoſce Canonicos Apoſtolicorum illorum Presbyterorum eſse nepotes. Enimvero ſatis uberem fructum mihi collegiſse videbor, ſi Majorum ſuorum memoriam Canonicis renovans, hoſce ad illorum virtutes vita & moribus exprimendas erigam, acuam, atque impellam.

NOI

RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

Avendo veduto per la fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. *Gio: Tommaso Mascheroni* Inquisitor Generale del Santo Offizio di Venezia nel Libro Intitolato *Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ universæ Libri novem. Tomus quintus MS.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per attestato del Segretario Nostro niente contro Principi, e Buoni Costumi, concediamo Licenza a *Simone Occhi* Stampatore di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 3 Gennarò 1790.

(*ANDREA QUERINI RIF.*

(*CAV. PROCUR. MOROSINI RIF.*

(*ZACCARIA VALARESSO RIF.*

Registrato in Libro a Carte 420, al Num. 3226.

Marcantonio Sanfermo Segretar.

JURISPRUDENTIÆ

ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBER QUINTUS.

DE JURE CANONICALI.

QU. I.

Unde nam Canonici suam ducunt Originem?

§. I. SI, uti nonnulli existimant, rerum ortus ad tempus sibi parti cognominis est referendus, Canonici haud magno sunt natu, nec Sæculo sexto grandiores. Prima enim Canonicorum mentio & usurpatio occurrit in Concilio Arvernensi can. 25, an. 531: *Si quis ex Presbyteris, aut Diaconis, qui neque in Civitate, neque in Parochiis CANONICUS esse dignoscitur, sed in Villulis habitans in Oratoriis Officio sancto deserviens celebrat divina Mysteria; Festivitates præcipuas, Domini Natale, Pascha, Pentecostem, & si quæ principales sunt, nullatenus alibi, nisi cum Episcopo suo in Civitate teneat.* Alia Canonicorum commemoratio habetur in Canone XI, Synodi Aurelianensis III, an. 538: *Inter reliquos CANONICOS Clericos ne hac licentia alii vitientur, nullatenus habeantur; neque ex rebus Ecclesiasticis cum CANONICIS stipendia, aut munera ulla percipiant.* Si in Gregorii Turonensis Scripta incidis, Canonicorum etiam mensam offendis an. 574, in Vit. Patr. c. 9. (a) *S. Patroclus officium diaconatus sumens vacabat jejuniis, atque in Oratione assidua promptus effundebatur, ut nec ad convivium Mensæ CANONICÆ cum reliquis accederet Clericis, quod audiens Archidiaconus ait: Aut cum reliquis Fratribus cibum sume, aut certe discede a nobis; non enim rectum videtur ut dissimules cum his habere victum,*

(a) Quod de S. Patroclo narrat Gregorius Turonensis, non probatur Bailetto in Vit. Sanctorum, hoc tamen non obstat, quin temporibus Gregorii Turonensis, h. e. Seculo VI, non invaluerit appellatio *Canonicorum*, & *Mensæ Canonicæ*.

victum, cum quibus Ecclesiasticum implere putaris officium. Et in Hist. Lib. X, de Dandido Turonensi Episcopo hæc scribit: *Hic mensam CANONICORUM instituit.* *Canonicorum* nomen reperitur etiam in Testamento Berticranni Episcopi Cenomanensis anno 615 exarato, in quo hæc leguntur: *Agericus Episcopus Turonensis nobis vendidit portionem Villæ, quæ S. Martini fuit, & venditionem cum CANONICIS suis nobis fecit:* atque itidem in tabulis Lonegisili Monachi conscriptis anno 625, in quibus is spondet, *se soluturum ad opus CANONICORUM Cenomanensium duo modia vini ad charitatem faciendam.* Quod si alia quæris monumenta, quæ tibi ante Pipini, & Chrodogangi tempora *Canonicorum* mentionem injiciant, habe ea apud Du-Bois in Hist. Eccl. Parif. Lib. IV, cap. 5, pag. 180, ubi Landericus Episcopus Parisiensis ita ait: *Quapropter noverit omnium Catholicæ Ecclesiæ cultorum generalis Universitas, quod Dominus gloriosissimus Clodovicus Francorum Rex divino irradiatus lumine, religiosa petitione humilitatis nostræ extremitatem poposcit, ut & nos, & CANONICORUM nostrorum communis Fraternitas &c.* Et apud Mabillonium in Præfat. Act. Benedict. ad Sæcul. III, P. I, pag. 20, ubi recitantur literæ Stephani Papæ hisce ferme verbis: *Et quoniam ad preces Chludovii filii Dagoberti Regis Dominus Landericus Parisiacæ Urbis Episcopus a sua, & omnium suorum Successorum potestate deinceps cum consilio suorum CANONICORUM, & Fratrum suorum Coepiscoporum regionis illius &c.* Vid. Eumd. Mabillon. Part. II, ad Sæcul. III Act. Benedict. pag. 336.

§. II. Sed quid ego totam antiquitatem e tumulis eruo, ex ejusque ruderibus *Canonicorum* vocabulum effodio, ut Canonicorum ortum inveniam; quasi vero res ex nominibus, non ex rebus nomina orta essent? Quis enim nescit, eos, quos nunc *Canonicos* nominamus, longe ante extitisse, quam *Canonici* appellarentur? Sive enim Canonici hoc suum Cognomen a vita communi, & canonica sunt mutuati, certum est, vitam hanc communem, canonicamque ante nominis hujus honorem sub auspiciis Eusebii Vercellensis, atque Augustini Hipponensis eos coluisse (*b*): Sive illud ab Ecclesiæ Canone, seu albo, seu Matricula, in qua descripti erant, sibi assumpserunt, haud dubium est, quin ii in

(b) Primus Chrodogangus certam videtur dedisse regulam clericis communem vitam traducentibus; verum ante ejus ætatem jam ipsa communis vita clericorum obtinebat. Nam initium habuit in Oriente, ubi eam viguisse testantur S. Basilius ep. 207, tom. 3 Opp. p. 310, ed. Maurin. Parif. 1730, & Sozomenus lib. 6, cap. 31, pag. 264, ed. Valesii Cantabrig. 1720. Ex Oriente in Occidentem opera S. Eusebii Vercellensis, cum ipse ab Athanasio ex Oriente rediit, illam migrasse tradit Ambrosius ep. 63, n. 66, col. 1128, ed. Maurin. Venet. 1751. Eam vero sequuti sunt Ambrosius, Martinus Turonensis, Paulinus Nolanus, ac præsertim Augustinus, cujus exemplum, uti narrat Possidius in ejus vit. cap. 5, col. 260, tom. 10 Opp. Augustini ed. Maurin. Venet. 1730, complures Ecclesiæ sequutæ sunt. Certum porro est, Augustinum una cum suis clericis communem egisse vitam, sed iis non alia fuis-

in hunc canonem, seu album jam inde usque a primis Ecclesiæ sæculis relati sint, dictique proinde a Cyrillo Hierosolymitano, & a S. Basilio Ep. 1 Can. *Clerici Matricularii* (c): Sive demum ex Canone Stipendii (d) *Canonicorum* nomen traxerunt, noto notius est, Cypriani tempore eos extitisse, vocatosque *Sportulantes Fratres* ep. 66.

§. III. Altius igitur, quam Scriptorum vulgo fertur, Canonicorum origo ducenda est. Unde autem, nisi ex primis illis Presbyteris, quos Apostoli Apostolorumque discipuli illis, quas fundabant, Ecclesiis, initio statim præfecerunt. (Vid. supra Lib. I, qu. XLII, §. 3, & Lib. IV, Part. I, qu. III, IV, V, VI, VII.) Hisce enimvero Majoribus nostri orti sunt Canonici, ex hisce recta linea descendit nostrarum Cathedralium Ecclesiarum Clerus, in eorum Presbyteriorum locum nostrorum temporum succeflere Capitula. Quod si temporum lapsu, atque decursu non minimam capitis diminutionem passa sunt, si e suo principatu dejecta, si in servitutem adducta, non genus, sed fortuna eorum desit dignitati. Nec varia vitæ genera, mutationesque, nec status conversiones,

nec

---

fuisse videtur regula, quam Evangelium. Consule Thomassinum vet. & nov. Eccles. disciplin. par. 1, lib. 3, cap. 3.

(c) *Canonis* nomine hoc sensu utitur Concilium Nicænum can. 19, tom. 2, col. 41, collect. Labbæi, & Antiochenum can. 1, col. 585, tom. II. Quod idem est atque illud, quod Canon Apostolorum 14 apud Cotelerium PP. Apost. tom. I, pag. 444, ed. Amstelædami 1724 κατάλογον *catalogum*, Concilium Agathense canon. 2, Delect. actor. Eccles. univers. tom. I, col. 268 *matriculam*, Augustinus serm. 356, num. 14, col. 1390, tom. 5, ed. Venet. an. 1731, *tabulam clericorum* appellant. Quare cum omnium clericorum nomina in canone, sive matricula Ecclesiæ essent descripta, Matricularii dicebantur, & hinc Cyrillus Hierosolymitanus præfat. catech. num. 4, pag. 4, ed. Maurin. Paris. 1720, κανονικῶν παρουσίαν significat *clericorum præsentiam*, Concilium Laodicenum canon. 15, tom. 1, col. 1534, collect. Labbæi κανονικῶν ψαλτῶν vocat *clericos cantores*, & generatim in Concilio Nicæno can. 16, col. 40, & Antiocheno can. 2, col. 588, loc. cit. per τοὺς ἐν τῷ κανόνι Ecclesiæ clerici significantur.

(d) Amelot in Notis ad Sarpium: *Canon* (ait Joannes Calvinus in suo Lexico) anniversariam pensitationem, collationem, & præstationem significat, quæ a provincialibus quotannis populo, vel Romano, vel Constantinopolitano, gratis mittebatur, & speciebus his constabat, frumento, vino, carne, oleo &c. e quest' è il Canone, che Cassiodoro comanda a' Tribuni Veneziani di far portare nelle loro barche a Ravenna. Data jussione, censuimus ut Istria vini, & olei species ad Ravennatem dirigeret mansionem. Sed vos, qui numerosa navigia in ejus confinio possidetis, providete, ut quod illa parata est tradere, vos studeatis sub celeritate portare. Quanto a Canonici, Rara avis in terris, *dice l' Abbate Volcuino*, Canonicus a Canone vitæ. Unde ergo? Audi unde: est namque Canon vitæ, & est Canon pecuniæ, videlicet alicujus pensionis certæ unde solet dici: Solve canonem meum. Eja ergo, o Canonice! inveniamus Canonem tuum, a quo derivatis, a Canone pecuniæ, non a Canone vitæ, id est, a Canone regionis, non a Canone religionis: in homilia de zizan. Vid. l. I, C. de Indict. l. un. Cod. de Collat. bon. l. 5, C. quæ res vendi non possunt. Novel. 128, §. 1.

Consule Petisc. in lexic. antiq. Rom. V. *Canon*, & Gutherium de offic. Dom. Aug. Lib. III, cap. 4, pag. 541.

hec rerum temporumque inclinationes efficere unquam possunt, ut qui orti sunt ex stirpe antiquissima, ii ejusdem stirpis ac generis esse desinant.

§. IV. De Canonicorum igitur juribus disputaturi, ab Apostolicis illis Presbyteris cursum auspicemur, ac per omnes eorum vicissitudines, casusque discurramus, donec ad seniora hæc nostra sæcula perventum fuerit.



QU. II.

QU. II.

Primi illi Presbyteri, ex quibus Canonici suam ducunt originem, quandonam in Ecclesia ortum suum habuere?

§. I. PRimævi Presbyteri primævarum Ecclesiarum gemelli sunt fratres uno eodemque partu cum illis editi, ac procreati. Nam, cum primum Apostoli fundarunt Ecclesias, Presbyteros crearunt, quorum fidei, ac curæ eas commendarent. Nec fundare Ecclesias aliud erat, quam collectos Fidelium cœtus Presbyteris instruere (*a*). Hinc Paulus, cum Tito præcepit, ut in Cretensibus Civitatibus Evangelicæ Doctrinæ luce collustratis Ecclesias constitueret, ait: *Constituas per Civitates Presbyteros*: (ad Tit. I, 5.) & Divus Lucas, ubi prima Ecclesiarum fundamenta nobis enarrat: *Cum constituissent*, inquit, *per singulas Civitates Presbyteros*. Ut igitur scire possimus, quo primum tempore Presbyteri in Ecclesia orti sint, videndum est, quo tempore Ecclesiæ particulares condi primum cœperunt. Nam nec ante Ecclesias ulli Presbyteri, nec ante Presbyteros ullæ particulares Ecclesiæ extiterunt. (Vid. supr. Lib. IV, Qu. II.)

§. II. Quid? inquies. Nonne aderant septuaginta Christi Discipuli, antequam ullæ particulares instituerentur Ecclesiæ? Ita sane, sed hi non Presbyterali tantum, sed & Episcopali Sacerdotio cumulati erant, nec ut certarum Ecclesiarum proprii essent Episcopi, sed ut in Universalis Ecclesiæ finibus propagandis, proferendisque Apostolorum essent adjutores. (Vid. sup. Lib. III, in Præfat. & in Qu. V, Qu. VII, & seq.)

§. III. At si septuaginta Christi Discipulos in Presbyterorum Classe minime ponis, nec alios initio statim Presbyteros nominare vales, Ecclesiæ certe ante Presbyteros extiterunt. Nam Hierosolymitana Ecclesia statim ab Christi ascensu ad Cœlos initium suum habuit. At quam tu Ecclesiam Hierosolymitanam commemoras? Numne eam, quæ a Christo Dei Filio condita fuit, cum Apostolos suæ potestatis hæredes instituit? Universalis illa, non particularis, nec in una tantum Hierosolymorum Urbe, sed in omni Terrarum Orbe lucis suæ usuram largitura. An ne eam, quam Jacobus Apostolus, cui Judæa obtigerat, Hierosolymis fundavit, quæ Hierosolymitarum propria fuit, atque perpetua? At hanc tunc solummodo fundavit Jacobus, cum

(*a*) S. Ignatius Ep. ad Trallianos: *Sine Presbyteris Ecclesia electa non est, nulla congregatio Sanctorum, nulla collectio piorum.*

cum Judæos Fideles seorsim ab Judæis Infidelibus ac separatim sociavit, atque in Judæorum Christianorum cœtu Presbyterorum ordinem induxit. (Vid. sup. Lib. II, Qu. VI, §. 2, 3, 4.)

§. IV. Quod si igitur Presbyteri Ecclesiis, Ecclesiæque Presbyteris sunt ingeneratæ, atque ambo unum, eumdemque habuerunt natalem diem, quæramus, quo primum tempore primæ prorepserunt Ecclesiæ, quæque alias omnes præcucurrit ætate. Si me audis, earum Ecclesiarum, quæ particulares vocantur, natu omnium maxima est Antiochena. Qua auctoritate fretus id affirmem; ais? Sacrarum Litterarum. Prima enim mentio particularis Ecclesiæ in Sacris Litteris fit Antiochenæ: *Et annum totum Barnabas, & Saulus conversati sunt in Ecclesia Antiochiæ*. (Act. XI, 26.) Neque ante hoc tempus ullius particularis Ecclesiæ Sacræ Litteræ meminerunt; nec erat, cur meminissent, cum antea nullæ extiterint. Habe, quemadmodum id mihi persuadeam.

§. V. Antequam Ethnici Christianæ militiæ nomen suum darent, Fideles Judæi Infidelibus Judæis nondum plane renuntiaverant, nec res suas seorsim ab aliis sibi habebant; adhuc in eorum communione, ac societate manebant, adhuc eorum templo, & Synagogis (b) intererant. *Quotidie perdurantes in TEMPLO*. (Act. II, 46.) *Petrus, & Joannes ascendebant in TEMPLUM ad horam Orationis nonam*. (Act. III, 1.) *Intraverunt diluculo in TEMPLUM, & docebant*. (Act. V, 21.) *Omni autem die non cessabant in Templo*. (Act. V, 42.) *Illi vero pertranseuntes Pergen, venerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi SYNAGOGAM die Sabbatorum sederunt*. (Act. XIII, 14.) *Factum est autem Iconii, ut simul introirent in SYNAGOGAM Judæorum*. (Act. XIV, 1.) *Venerunt Thessalonicam, ubi erat SYNAGOGA Judæorum: secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per Sabbata tria disserebat eis de Scripturis*. (Act. XVII, 2.) Nec si in *Cœnaculum* secedebant, ut ibi perseverarent in Doctrina Apostolorum, in communicatione fractionis panis (c), in orationibus, (Act.

(b) Duo potissimum Judæis loca solemnia fuerunt, ad quæ sacrorum causa publice convenirent. Templum scilicet, quod Hierosolymis erat, & Synagogæ ubique locorum exstructæ. Quemadmodum vero universus cultus Leviticus in Templo, quod Judæis unicum erat, peragebatur, ita diversa erat ratio Synagogarum, quæ pluribus in locis erant exstructæ ad preces communes ibi fundendas, & vacandum lectioni, & meditationi S. Scripturæ maxime die Sabbati. Non Sacrorum Sacerdotalium, non Sacrificiorum, non altarium usus in illis erat; nuda Oratoria erant in illorum commodum potissimum diu post Moysis tempora adornata, qui sacris Templi propter loci distantiam interesse non poterant. Hæc loca in eo quidem cum Templis conveniebant, quod ab aliis Ædificiis communibus essent separata, & in usum publicarum precum adornata. Præter illa Oratoria publica gens Judæa habebat etiam *Proseucas* domesticas, seu intra privatas parietes, quæ erant *cœnacula* in parte superiorum ædium ut plurimum adornata ad exercitia pietatis privata. Vid. Vitringa de Synagog. Vet. Lib. 7, Part. I, cap. 6.

(c) Post discessum Apostolorum ante particularium Ecclesiarum constitutionem Fideles Judæi ubicumque Regionum in Cœnacu-

(Act. II, 42.) quidquam facere videbantur, quod a Judæorum moribus esset alienum; nam *Cœnacula* (*d*) privatis precibus destinata Judæis erant usitatissima. Postquam vero Ethnici superstitiones suas ejurare cœperunt, ac Christi Doctrinam profiteri, tunc cum hisce ad Judæorum Templum ac Synagogas (*e*) nullus aditus pateret, necesse fuit, ut novi cœnaculum conveniebant apud illum Apostolum, vel Apostolicum virum, a quo ad Christi Fidem conversi erant, a quo Apostolo, vel Apostolico viro accipiebant communicationem fractionis panis &c.

(*d*) Doubdan Voyage de la terre Sainte. Cenacle de Jerusalem, grand bâtiment sur le mont de Sion, au côté méridional de la ville, où l' on voit encore une église couverte d' un dôme, avec un Couvent qui appartenoit autrefois aux Religeux de Saint Francois, qui sont à présent à Saint Sauveur. La tradition tient que l' Eglise a eté bâtie sur les fondemens de la maison, ou Jesus Christ fit la derniére Céne avec ses Apôtres, & où le saint Esprit descendit le jour de la Pentecôte. C'est en ce même lieu que notre Seigneur institua l' Eucharistie, & qu' il apparut à ses Disciples aprés sa résurrection. L' Imperatrice sainte Heléne renferma dans l' enclos de cette église, les tombeaux du Roi David, & de ses successeurs Salomon, Roboam, & autres, dont les sépultures étojent sur le mont de Sion. Ce superbe édifice fut ruiné par les Infedéles vers l' an. 640, puis rétabli par les Chrétiens vers l' an 1044, mais ce ne fut pas avec la même magnificence. Cette église subsistoit encore du tems de Godefroy, premier Roi de Jerusalem, qui y mit un Prieur, avec des Religeux de l' Ordre de saint Augustin. L' an. 1313, Robert, Roi de Naples & de Jérusalem, y fit bâtir un Couvent pour les Religeux de saint Francois, qui avoient la garde du saint Sépulchre; mais ces Religeux en furent chassez par les Turcs l' an. 1560. L' église que l'on voit à present a été relevée sur les foudemens de celle que que sainte Heléne y avoit fait bâtir. Elle est divisée en quatre parties, deux basses & deux hautes. Le bas est une salle longue de vingt-quatre pas, & large de seize, qui est le lieu où Jésus Christ lava les pié à ses Apôtres. De cette salle on entre dans l' autre de plein pié, qui est un peu plus petite, & qui n'a que vingt pas de longueur & quatorze de largeur. On y voit un tombeau, qu'on tient être en la meme place que celui de David. Le haut contient deux chambres, au dessus des deux salles, & de la même grandeur. La premiére est celle où le Saint Esprit descendit sur les Apôres le jour de la Pentecôte, & l'autre est le lieu où nôtre Seigneur fit la Céne, où il institua le Sacrément de l' Eucharistie, & où il apparut à ses Apôtres aprés sa résurrection. Tous ces saints lieux sont profanez par les Turcs qui les occupent: néanmoins le Pére Gardien de Jérusalem retient toûjours le titre de Gardien du Mont de Sion, pour conserver la memoire de ce droit.

(*e*) Rabbin Leon de Modene Part. I, cap. 10: Les Juifs tienent leurs Synagogues, qu'ils appellent aussi Ecoles, dans une maison, ou dans un lieu séparé, selon qu' ils peuvent lorsqu' ils n' ont pas le moyen de faire des édifices élévez & somptueux. Les murailles sont blanchies au dedans boisées, ou revêtues de tapisseries, avec des sentences, qui font souvenir d' être attentifs à la priére. Il y a tout autour des bancs pour s' asseoir, & en quelques unes, de petites armoires où l' on enferme les livres, les vêtemens, & autres choses. Au milieu on suspend des chandeliers & des lampes, ou bien on en applique contre les murailles où l' on met de l' huile & de la cire pour le lieu. L'on voit des troncs aux portes, où l'on peut exercer la charité & cet argent est distribué aux pauvres. Ils ont dans chaque Synagogue, du côté d'orient, une armoire, qu'ils nomment *Aron*, c' est à dire, *Arche*, en mémoire de l' Arche d' Alliance, qui étoit dans de temple. Ils y en-

cætus novis hisce Christi cultoribus instituerentur, novumque nomen illis imponeretur, inditumque nomen *Christianorum* a Christo colendo mutuatum. Quod quidem primum contigit Antiochiæ: (*f*) *Erant autem quidam ex iis vir Cyprii, & Cirenæi, qui cum introissent Antiochiam loquebantur, & ad Græcos annuntiantes Dominum Jesum, & erat manus Domini cum eis; multusque numerus conversus est ad Dominum, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani*, (Act. XI, 20.) Prima igitur particularis Christianorum Ecclesia fuit Antiochena.

§. VI. Licet autem in iis locis, in quibus & Ethnici Christi fidem amplexi erant suos Christiani seorsim ab Judæis conventus agerent, nec eorum amplius Synagogis interessent, ubi tamen nemo Ethnicorum adhuc Christo initiatus erat, ibi Judæi Fideles adhuc Judæis Infidelibus immixti erant, communesque cum eis Synagogas habebant, uti ex exemplis modo allatis perspicuum est, nec ante se se prorsus ab iis segregarunt, propriasque sibi formarunt Ecclesias, quam omnia experti, omniaque perpessi eorum Templo, ac Synagogis valedicere coacti fuerunt. Id circa annum quinquagesimum evenit Ephesi, quo cum venisset Paulus Apostolus, atque ingressus esset Synagogam, *cum fiducia loquebatur per tres*

---

enferment les cinque livres de Moïse, ecrits a là main sur du vêlin, avec de l'encre faite exprés. Au milieu ou à l'entrée de la Synagogue, il y a comme un long autel de bois un peu élevé, sur lequel on deroule le livre de la Loi quand on y lit: on l'appuye sur cette espéce de table ou de pupitre, lorsqu'on y prêche. Il y a un lieu à côté de la Synagogue, au haut duquel est une galerie fermée de jalousies de bois, où les femmes se mettent pour prier. Elles voyent de là ce qui se fait; mais elles ne peuvent être vues des hommes, & ne s'assemblent point avec eux, pour ne pas causer de distraction dans les priéres. Neanmoins la situation & les particularitez de ce lieu où se mettent les femmes, sont differentes suivant le païs & les peuples chez qui on se trouve; mais la disposition est par tout de la maniére que je viens de le dire. De ces Synagogues, il y en a plus ou moins dans chaque ville, selon la quantité & la diversité des Juifs qui s'y rencontrent; car les Juifs Lèvantins, les Allemands & les Italiens, différent entre eux dans leurs priéres; & chacun est bien aise d'avoir pour cela un lieu particulier, & qui ne soit commun qu'a ceux de sa nation.

Autrofois il y avoit aussi plusieurs de ces Sinagogues dans les villes & à la campagne pour la commodité des peuples: & lorsque la Ville de Jérusalem fut détruite par le Romains, on y en comptoit jusqu'à 480, dont plusieurs bâties par les Juifs étrangers, servojent à ceux de leus nation; comme on le peut voir dans le sixiéme chapitre des Actes des Apôtres, ou il est parlé des Synagogues des Liberrins, des Cyrenéens & des Alexandrins, à peu prés comme on voit à Rome plusieurs églises de différentes nations desservies par des Prétrés de la nation dont elles portent le nom. Chaque Synagogue des Juifs avoit un Chef, qu'ils appelloient *le Prince de la Sinagogue*; & sous lui plusieurs Ministres, dont les uns étojent employez à prêcher, & les autres a faire des priéres, & plusieurs autres ceremonies de Religion, à la réserve des sacrifices, qui se faisojeus seulement dans le temple de Salomon.

(f) Benedictus Bacchinius Diss. de Eccl. Hierarch. Originib. Part. I, Cap. III, §. 10, pag. 227. Antiochiæ primum Gentiles Judæis accessere quam Alexandriæ; ideo Antiochiæ prius nova Ecclesia, quam Alexandriæ fundata est.

tres menses disputans, & suadens de Regno Dei. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis SEGREGAVIT DISCIPULOS quotidie disputans IN SCHOLA TYRANNI: (Act. XIX, 8, 9.) (g) quod postea, & in aliis locis factum est (Act. XIX, 10.).

§. VII. Satis, opinor, expositum, explicatum, ac demonstratum a nobis est, Presbyteros una cum particularibus Ecclesiis ortos esse, ac particularium Ecclesiarum primogenitam fuisse Antiochenam. Restat, ut illud dispiciamus, quo anno Antiochena Ecclesia in lucem edita fuit, atque suscepta. Eusebius, qui Antiochenæ Ecclesiæ proximus vetera ejusdem monumenta cognovit, ponit, Ecclesiam Antiochenam fundatam a Petro (*h*) anno ultimo Tiberii Imperatoris, olympiade ducentema tertia, anno tertio, qui incidit in annum Christi septimum supra trigesimum. Ita si est, habemus tempus, quo primi illi Presbyteri, ex quibus Canonici originem ducunt, ortum suum in Ecclesia habuerunt.

QU. III.

(g) Ex hisce verbis apertissime patet I, Paulum per tres Menses Ephesi docuisse in Scholis Judæorum, & II, ex eis, qui fidem in Christum amplectebantur, non formasse seorsim cœtum distinctum, & peculiarem. Postquam vero Judæi infideles maledictis proscinderent doctrinam apostolicam, tandem coactus separavit discipulos, & ecclesiam ex fidelibus collegit, quæ in schola cujusdam, qui Paulo favebat, Tyranni nomine, stato die conventus suos egit, (Act. XX, 19.) & inde etiam presbyteros eis ordinavit. (Act. XX, 17.) Ab hoc tempore per totam Asiam proconsularem, & gentiles, & Judæi Pauli doctrina illuminati, ex quibus hinc inde novæ ecclesiæ erectæ sunt ex iisdem causis, quas jam excussimus, Act. XIX, 10, 20, 26, a quo tempore auditæ sunt gentilium querelæ, templa idolatrica jam pro nihilo haberi. Sic itaque Christiani in plurimis locis die solis cætus suos egerunt, postquam seorsim res suas habere inceperunt. Act. XX, 17.

(h) Chronicon Paschale, seu Alexandrinum Tom. IV Hist. Byzant. pag. 184, edit. Venet. *Petrus Apostolus primus Ecclesiæ Antiochenæ fundamenta jecit*. Consentit Ado Viennensis in Chron. Ætat. 6. Biblioth. Patr. Tom. XVI, pag. 788.

QU. III.

Cedo, qui fuerit primus Canonicorum Status.

§. I. PRimus Ecclesiarum status tempus illud omne complectitur, quod interjectum est inter Presbyterorum ortum (*a*), ac Dioecesanorum, hoc est, quod ab anno trigesimo septimo, usque ad sexagesimum primum effluxit. (Vid. sup. Lib. IV, Part. I, qu. II, §. 3, qu. VII,

(a) Antiq. des Juifs, des Chretiens, Greq. & Rom. Le mot de Prêtre vient du mot Grec πρεσβύτερος, qui signifie ancien, parce qu'on choisissoit ordinairement les plus anciens pour présider aux choses sacrées. Chez les Hébreux le nom de זקן c'est à dire, Senieur ou Prêtre, étoit donné aux Anciens des Tribus, qui rendoient la Justice. Il est parlé de ces Prêtres plusieurs fois dans l'Ancien Testament. Le Collége des Septante établi par Moïse, en étoit composé; & nous voyons qu'il est souvent parlé dans l'Evangile & dans les Actes des Sénieurs ou des Prêtres des Juifs qui sont joints aux Docteurs de la Loi, comme ayant autorité. Dans l'Ancien Testament, le Sacerdoce ne fut attaché à une certaine famille que depuis la Loi de Moïse. Auparavant, les premiers-nez des maisons, les Péres de famille, les Princes, les Rois, étoient Prêtres-nez dans leurs maisons. Cain & Abel, Noé, Abraham & Job, Abimélech, & Laban, Isaac & Jacob offroient eux mêmes leurs sacrifices. Dans la cérémonie de l'alliance que le Seigneur fit avec le peuple au pié du Mont-Sinaï, Moïse fit l'office de Médiateur, & on choisit pour faire celui de Prêtre, de jeunes hommes du milieu des Enfans d'Israel; mais depuis que le Seigneur eût choisi la Tribu de Lévi pour le servir dans son Tabernacle, & que le Sacerdoce fut fixé dans la famille d'Aaron, alors le droit d'offrir des sacrifices à Dieu, fut reservé aux seuls Prêtres de cette famille. Il semble toutefois que dans certaines occasions les Juges, & les Rois des Hebreux ont offert des sacrifices au Seigneur, sur tout avant que le lieu où le Seigneur vouloit être principalement adoré, ait été fixé dans Jerusalem. Le Grand Prêtre étoit le Chef de la Religion, & le Juge ordinaire des difficultez qui la concernoient. Il avoit seul le privilége d'entrer dans le Sanctuaire une fois l'année, qui étoit le jour de l'expiation solemnelle pour expier les souillures de tout le peuple. Dieu avoit attaché à la personne du Grand Prêtre l'Oracle de sa vérité, de sorte que que quand il étoit revêtu des ornemens de sa dignité, & de l'*Urim* & *Thummim*, il répondoit aux demandes qu'on lui faisoit, & Dieu lui decouvroit les choses cachées & futures. Les Prêtres particuliers servoient immédiatement à l'autel. Ils entretenoient le feu perpetuel sur l'autel des Holocaustes & les lampes du chandelier d'or qui étoit dans le Saint & les ôtoient tous les jours de sabbat pour y en mettre d'autres. Tous les jours soir & matin, un Prêtre désigné par le sort au commencement de la semaine, portoit dans le Saint un encensoir fumant, & le posoit sur la table d'or, autrement nommée l'autel des parfums. Une des principales fonctions des Prêtres aprés les sacrifices & le service du temple, étoit l'instruction des peuples & le jugement des affaires. Ils donnoient publiquement la bénédiction au peuple au nom du Seigneur. Dans la guerre, ils

VII, §. 1, 2.) Toto eo tempore qui nunc Canonici, tunc Presbyteri vocabantur, Diœcesana potestate præditi erant, cumque Episcopali imperio Ecclesias administrabant, atque adeo *Episcoporum* cognomine utebantur. (Vid. sup. Lib. IV, Part. I, qu. III, IV, V, VI, & Part. III, qu. XII.) Apostoli vero, Apostolicique viri iis erant, qui nobis Patriarchæ, ac Metropolitæ. (Vid. sup. Lib. II, qu. I, Lib. III, qu. IV, §. 3, 4, qu. V, §. 2.)

§. II. Neque vero existimes velim, Diœcesanam hanc potestatem, imperiumque Episcopale fuisse penes sin-

---

ils étoient chargez de potter l'Arche de l'Alliance, de consulter le Seigneur, de sonner des trompettes sacrées, & de prononcer ces paroles á la tête de l'armée, *Ecoutez, Israël, vous allez combattre vos ennemis, ne craignez point, parce que le Seigneur est au milieu de vous: il combattra pour vous & vous garantira du danger:* Nombtes, ch. 10, v. 8, & 9. Le nom de Prêtre pour signifier non seulement l'âge, mais ancore la dignité, a passé des Juifs aux Chrétiens, qui dés la naissance du Christianisme ont donné le nom de Prêtre á ceux qui avoient soin de gouverner les églises. Il est dit dans les Actes, ch. 14, v. 23, que Saint Paul ordonna des Prêtres en chaque église, & ch. 15, v. 2, qu'il avoit a Jérusalem, outre les Apôtres, des Prêtres, que l'on alla consulter sur la Question de l'observation des préceptes de la Loi. Saint Paul dans l'Epître á Tite, chap. I, v. 5, lui recommande l'établir des Prêtres dans chaque ville; & Saint Jacques conseille aux Chrétien qui sont malades, de faire venir les Prêtres de l'Eglise, afin qu'ils les oignent d'huile, & qu'ils prient pour eux. Saint Paul étant venu á Milet, envoya á Ephese chercher les Prêtres de cette eglise, & les avertis d'être attentif á leur conduite & á celle du troupeau, dont le Saint Esprit les avoit établis Pasteurs pour gouverner l'Eglise de Dieu. Saint Piere exhorte les Pretres de paitre le troupeau du Seigneur, & se dit lui même Prêtre comme eux, compresbyter. Saint Jean se nomme aussi Sénieur on Prêtre. Quoique le nom d'Evêque se donnat a lots á un Prêtre, des le commencement de l'Eglise les Prêtres ont été distinguez des Evéques, & ordonnez pat l'imposition des mains de l'Evêque & du Presbytére. Les fonctions principales des Prêtres ont toûjours été, comme on le prétend dans l'Eglise Romaine, de consacrer le Corpus de Jesus Christ; d'offrir le sacrifice; de baptiser; de lier & de délier en imposant la pénitence, & donnant l'absolution; d'administrer les Sacremens, á l'exception de l'Ordre & de la Confirmation aux Prêtres de l'Eglise Gréque; d'instruire le peuple, de présider aux priéres publiques, & de gouverner l'Eglise avec l'Evêque. Ils devoient en tout obeïr á l'Evêque & l'Evêque agir par leur conseil: c'est l'usage de l'ancienne Eglise. On leur a quelquefois permis d'ordonner les Soudiacres, & les Clercs inférieurs. On n'ordonnoit point autrefois de Prêtre, sans lui donner un titre, ou une eglise dans laquelle il doit servir. Il y avoit des Prêtres de la ville, qui servoient dans l'église cathédrale avec l'Evêque, ou qui avoient des églises particuliéres dans la ville, & des Prêtres de la campagne, qui avoient soin des églises de campagne. Autrefois on n'ordonnoit point de Prêtre qu'il n'eût 30 ans; á présent il suffit d'avoir 25 ans pour être ordonné Prêtre. Morin de Ordinat, Thomassin, Discip. de l'Eglise.

De Presbyteri nomine vide Campegium, Vitringam de Synagoga vetere Lib. III, P. I, cap. 1, pag. 609, Joann. Benedict. Carprorium Exercit. in Ep. ad Hebræos ex Philone. De re ipsa, sin potius de hoc nomine insignitis agunt Jo. Franciscus Buddæus Eccl. Apostol. cap. VI, pag. 719, Christoph. Matt. Pfapius de Orig. Jur. Eccl. p. 45, & Bingham. Orig. Eccl. Lib. II,

singulos Presbyteros, sed penes Presbyterorum Collegium (*b*), cui nunc Capitulo, tunc autem Presbyterio nomen erat. In hoc igitur Presbyterio totius potestatis summa residebat, singulique Presbyteri ab Presbyterii nutu pendebant, singuli a Presbyterorum universitate singula mandata recipiebant. Rem apertius, & explicatius loquar. Si rectoria, aut censoria potestas exercenda erat, si quid sciscendum sanciendumque, si rei condemnandi, absolvendique, (Vid. sup. Lib. IV, Part. III, qu. XII, qu. XIII.) tunc convocato Presbyterio ab eo qui senior erat, vel subsenior, quænam singulorum esset sententia, exquirebatur, eaque vincebat, quæ erat plurimorum. Sin autem ministratrix opera præbenda, si candidati ad Christi fidem concipiendam imbuendi, ac præparandi, si piacularibus undis expiandi, si alumni verbo Dei alendi, si infirmi Sacramentorum ope, ac vi juvandi, recreandique, (Vid. sup. Lib. IV, Part. III, qu. X, XI.) tunc Presbyteri singuli singula hæc munia obibant Presbyterii jussu, nisi quod ab jubentibus, jussaque facientibus non omnis tunc aberat dissensio, atque dissidium. (Vid. sup. Lib. IV, Part. III, qu. IX, §. 2.)

§. III. Sunt, qui duos Presbyterorum ordines primitivæ Ecclesiæ affingunt, alterum eorum, qui regebant, alterum eorum, qui docebant; unde alii Presbyteri Rectores, alii Presbyteri Doctores; quod si qui utramque provinciam cœpissent, eos duplicem Magistratum gessisse. In medium proferunt illud Divi Pauli I ad Timotheum V, 17: *Presbyteri, qui recte gubernant, duplici honore afficiantur, maxime qui in sermone, & Doctrina laborant*. Si Paulus eos Presbyteros, qui Rectorum, & Doctorum munus tuebantur, duplici honore afficiendos esse ait, hoc ipso duplicem illos personam sustinuisse dijudicavit. Ita Gisbertus Voetius in Polit. Eccl. Part. II, Lib. II, tract. 3, cap. 4, Joann. Episcopus Oxoniens. in Ep. Cyprian. XXIX, pag. 55, Sperner. Consil. Theolog. German. Cap. II, art. 6, sect. 14, pag. 588, Boehm. Diss. ad Plin. & Tertull. VII, §. 41, & J. E. P. Lib. I, tit. XXIV, §. 5. Sed Pauli verba faciliores explicatus habent, si dicamus, Presbyteros omnes fuisse & Rectores, & Doctores, omnes ad omnia.

II, cap. XIX, ex quibus licet fluant lutulenti; est tamen quod tollere possis.

(b) Boehm. J. E. P. Lib. I, Tit. XXIV, §. 7. Ex Presbyteris collectum est Presbyterium, seu synedrium, & consessus presbyterorum in singulis ecclesiis. Quia enim in ecclesiis singulis plures erant presbyteri; collegium quoddam inter se constituere debuerunt, quod presbyterium dictum est. Tale presbyterium apud Judæos fuisse patet ex Act. XXII, 5, ubi Paulus provocat ad Presbyterium Judæorum, de quo plenius egi in dissert. Eccles. ad Plinium & Tertull. p. 402. In primitiva Ecclesia similiter ejus mentionem facit, Paulus I Tim. IV, 14, ibi: cum impositione manuum τῦ πρεσβυτερίυ, quemadmodum in Ecclesia Hierosolymitana & Ephesina plures presbyteri memorantur. Act. XI, 30, XV, 4, 6, 22, 23, XX, 17, 28, XXI, 18, Philipp. I, 1. &c.

nia Presbyteralia munia obeunda instructos, & paratos fuisse, sed ne officiorum confusio & perturbatio oriretur, Presbyterorum aliis rerum curandarum, aliis divini verbi prædicandi, aliis Sacramentorum administrandorum munus, verbo singulis singula officia pro re nata mandari a Presbyterio consuevisse; extitisse autem nonnullos Presbyteros, qui duplici ferendæ sarcinæ pares erant, duplicique Presbyterali officio, uno eodemque tempore fungebantur, ac Doctorum una, Rectorumque partes explebant; Simplum illis, duplum hisce præmium esse persolvendum; non quod duplicis Magistratus munus sustinuissent, sed quod duo unius Magistratus onera tulissent. Quid? Nonne idem Paulus I ad Timoth. III, 2, & ad Titum I, 9, Presbyteros omnes sine ullo discrimine & ad regendi, & ad docendi munus instructos esse jubet? Quod sane intellexisse videtur Divus Augustinus, qui S. Paulino Ep. 50, al. 45, n. 9, interroganti, quid interesset inter Pastores, & Doctores, hæc ille respondit Ep. 149, al. 39: *Pastores autem, & Doctores, quos maxime, ut discernerem, voluisti, eosdem puto esse, sicut & tibi visum est, ut non alios Pastores, alios Doctores intelligamus, sed ideo cum prædixisset Apostolus Pastores, subjunxisse Doctores, ut intelligant Pastores ad officium suum pertinere Doctrinam.* Non igitur duo Presbyterorum ordines, sed iidem erant & Rectores, & Doctores, iidem & vitæ Præceptores atque Doctrinæ.

§. IV. Videant igitur Protestantes, quantopere suarum Ecclesiarum forma, quam tanquam primitivæ Ecclesiæ exemplar nobis venditant, degener sit illius, quam Apostoli in suis Scriptis expressam reliquerunt, quantumque deflexerint de spatio, curriculoque majorum, ut jam non majorum suorum posteri, sed ipsi ex se nati esse videantur. Sunt enim in Protestantium Ecclesiis præter Consistoria (c), quæ non secus ac alii Magistratus Civiles, suam omnem, qua in rebus sacris potiuntur, potestatem ab Republica mutuantur, Regiamque personam sustinent, ac vicem gerunt; sunt, inquam, Presbyteria,

(c) Brunemannus Lib. III Jur. Eccl. cap. 1, §. 3. Consistoria ordinantur in Ecclesiis evangelicis a statibus imperii, quibus jurisdictio Ecclesiastica competit. Ecclesia enim, qua talis, non habet jurisdictionem & vim coactivam externam, sed internam. (Idem paucis interjectis) Quia jus in sacra ad principem pertinet, ideo etiam jurisdictio a principibus, & qui jura principis habent, exercetur, & quidem per consistoriales, quod etiam approbat Stryk. in not. ad cit. l. Addo consensum Rhetii dissert. de jure stat. imper. circa sacra, ubi c. III plenius n. 15, seqq. de hac doctrina agit, & n. 19 addit: Manet ipsis status imperii prora & puppis horum consistoriorum, dicunturque principes, & status imperii jus suum circa sacra per ministerium consistoriorum exercere. (Paucis interjectis addit) Consistoria illa non propriam exercere jurisdictionem, sed æque ut alia constituta judicia nomine Principis omnia peragere, nec præscriptos terminos ordinationis excedere debere. Zieglerus in not. ad Lancell. passim ait, Consistoria principis, non ecclesiæ personam sustinere. Vid. pag. 123 516, 551, &c.

teria, quæ ex Senioribus Laicis collecta causarum cognitionem morumque censuram sibi vendicant (*d*). Sunt præterea & ministeria, quæ ex viris Ecclesiasticis constant, quibusque divini verbi prædicatio, Sacramentorumque administratio concredita est. Ut novam hanc suarum Ecclesiarum formam Apostolici moris fidelia incrustent, atque dealbent, quamdam Apostolicorum Presbyterorum distinctionem comminiscuntur, eosque in Rectores & Doctores ita partiuntur, ut Rectoribus sua Presbyteria, Doctoribus sua Ministeria respondere videantur. At cum Apostolicorum Presbyterorum discrimen, fatente ipso Protestantium coriphæo Vitringa (*e*), purum putumque commentum sit, ita hoc fundamento corruente, tota etiam eorum machina dilabitur, & evanescit.

QU. IV.

(d) Vitringa de Synag. Vet. Lib. II, cap. 2, pag. 482. Animadvertimus utique, Ecclesias nostræ patriæ gubernari a presbyteris duplicis generis, docentibus sic dictis, & regentibus. Per docentes intelligimus ministros evangelii, quibus cura præconii verbi divini, & sacramentorum administrandorum maxime committitur; per regentes spectatæ dignitatis viros, de corpore ecclesiæ electos, qui ministris ecclesiæ adjunguntur, ut de consiliis sacris in commodum ecclesiæ capiendis iis cum in omnibus negotiis participent. Hi tamen presbyteri regentes notabiliter satis variisque partibus a docentibus sunt distincti. Neque enim ipsis est potestas docendi aut administrandi sacramenta. Neque sustentantur ab ecclesia. Nec præsunt ecclesiæ in perpetuum, sed ubi per tempus aliquod certo definitum huic muneri vacarunt, aliis locum faciunt successoribus.

(e) Vitring. De Synag. Vet. Lib. II, cap. III, pag. 493. Ego facile largior, Paulum quosdam pastorum ecclesiæ hic considerare ut docentes, alios ut non docentes; nego tamen, Paulo hæc scribenti tale observatum esse discrimen presbyterorum docentium & non docentium, quale nostræ agnoscunt, & observant Ecclesiæ. Dicam igitur quis sit genuinus sensus verborum Pauli. Apostoli cuique ecclesiæ suos ordinarunt vel ordinari jusserunt rectores; quos vocare licet pastores, episcopos, & presbyteros; omnibus eandem tribuerunt potestatem docendi, evangelizandi, sacramenta administrandi, & diligenter curandi, ne respublica populi Christiani quid caperet detrimenti. Hoc opus scriptura S. vocat ποιμαίνειν *Pascere*. Porro etsi Apostoli vel Ecclesiæ etiam in eligendis ejusmodi pastoribus ad id in cæteris vel maxime attenderint, an essent διδακτικοί ad docendum idonei, ceu Paulus in hac ipsa suadet epistola, (cap. III, 2.) vero simile tamen est, in illis ecclesiæ Christianæ rudimentis omnes pari instructos non fuisse aptitudine ad sermones habendos in cœtu fratrum, & de mysteriis regni cœlorum dextre disserendum. Quin omnino crediderim, non raro factum, ut in eumdem presbyterorum ordinem, ex aliorum inopia cooptati sint homines, severitate morum, experientia, & pietate vitæ valde venerabiles, ac proinde cœtui regendo summo quidem jure præfecti, sed ad docendum minus idonei; atque adeo facile concipio, quod quidam presbyteri ecclesiæ docuerint, alii rarius docuerint, vel etiam docendo penitus abstinuerint, sive quod ad docendum minus fuerint idonei, sive quod in eodem cœtu

alios

alios habuerint se exercitatiores, & ad docendum dicendumque copiosius instructos, cum ipsi interea temporis aliam aliamque partem muneris presbyteri diligentius curarent. Non abnegat itaque Paulus in hoc loco ullis presbyteris docendi jus, solummodo supponit, quosdam non docere; vellet tamen, ut omnes docerent: immo vero incitat & exhortatur omnes ut doceant, quoniam eos, qui docent, maxime prædicat dignos duplici honore.



QU. IV.

Ulla ne Psalmodia in primo Ecclesiarum statu?

§. I. S. Paulus in Epist. I ad Corinthios XIV, 26, hæc habet: *Cum convenitis, unusquisque vestrum Psalmum habet, Doctrinam habet, Apocalypsim habet; omnia ad ædificationem fiant*. Et in Ep. ad Ephesios V, 19: *Loquentes vobismetipsis, in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus cantantes, & psallentes*. Cum Divus Paulus hasce Epistolas ad Ephesios, & Corinthios dedit, nondum orti erant Episcopi Diœcesani, (Vid. sup. Lib. IV, Part. I, qu. VII.) sed Ecclesiarum sacra adhuc in Presbyterorum, quorum successores sunt Canonici, fide, ac tutela latebant. Vigebat igitur Canonicorum Psalmodia primis illis temporibus, totque natales numerat, quot numerant Presbyteri, & Ecclesiæ, nec ullum tempus fuit, quo psalmis & hymnis Ecclesiæ non personuerint, totaque errant via, qui divinam psalmodiam nonnisi tertio aut quarto sæculo in Ecclesiarum mores inductam fuisse arbitrantur.

§. II. Quod si quærimus, num primis illis temporibus Psalmodia in quotidiano esset Ecclesiarum usu, in difficilem sane nodum incidimus. Ex prima Divi Pauli Epistola ad Corinthios XVI, 2, colligi mihi posse videtur, Christianorum conventus diebus tantum festis celebrari initio consuevisse. Hæc sunt Pauli verba: Κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ, τιθέτω θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται: *per unam Sabbati unusquisque vestrum apud se seponat recondens, quod ei bene placuerit*. Hisce verbis Collectas imperat Corinthiis, quibus exigendis assignat diem Dominicam, eo quod die illa conventus suos agerent Christiani. *Una Sabbati*, ait Augustinus Epist. 86, *tunc appellatus is dies, qui nunc Dominicus appellatur, quod in Evangeliis apertius invenitur. Nam dies Resurrectionis Domini prima Sabbati a Matthæo, a ceteris autem UNA SABBATI dicitur, quem constat eum esse, qui Dominicus postea appellatus est* (a). Neque solum D. Paulus, sed etiam Di-

(a) Azevedo de Div. offic. exercit. XV, pag. 70. Evangelistæ autem illam *unam* Sabbati, vel *primum* Sabbati vocant, seu primum post Sabbatum diem. Nam Sanctus Matthæus scribit, Christum resurrexisse Sabbati nocte exeunte: Vespere Sabbati, quæ lucescit in *prima* Sabbati. S. Marcus ait, id ineunte, qui post Sabbatum sequitur, die contigisse: Valde mane *una* Sabbatorum; mane *prima* Sabbati. S. Joannes: *Die illa una Sabbatorum*. Eodem quoque die celebris Fidelium Conventus tempore Apostolorum fuit habitus; sacrificiumque peragi solitum: *Una Sabbati cum convenissemus ad*

Divus Lucas non aliam diem Ecclesiasticis celebritatibus assignatam memorat, nisi Dominicam. (Act. XX, 7.) *Una sabbati, cum convenissemus ad frangendum panem*. Nullus igitur Christianorum conventus, nisi festis diebus. (Vid. infra qu. VIII, §. 3.) Si nullus Christianorum conventus, nec etiam ulla celebrata Psalmodia. Nondum enim is inoleverat mos, ut uni Clerici in Ecclesiis psallerent, sed una cum Clericis etiam Populus psallebat, divinæque psalmodiæ pensum Clericorum, laicorumque (*b*) commune erat. (Vid. Thomass. V. & N. E. D. Part. I, Lib. II, cap. LXXI, &c.) Quid mihi opponis Lucæ illud II, 46: *Erant quotidie perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa Domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem*. Nonne vides, hic Lucam loqui de illis temporibus, quibus nullæ adhuc Ecclesiæ conditæ, nec ulli instituti Presbyteri, nec stabilis fixaque divini cultus norma constituta, quibus nondum dies festi designati (*c*), quibus immo dies omnes pro festis habiti? Quid mihi insuper ex eodem Divo Luca recitas illa? *Petrus, & Joannes ascendebant in Templum ad horam orationis nonam*. (Act. III, 1.) *Ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam*. (Act. X, 9.) *Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Dominum*. (Act. XVI, 25.) Non enim quæro de privatis precibus, quas Apostoli, ac primævi Christiani diu noctuque fundere soliti perhibentur, de iis precibus

ad frangendum panem. Meminit Sanctus Paulus I Cor. 16, eleemosynæ quæ in cætibus illis, singulis Dominicis colligebatur *per unam Sabbati*. Quocirca certum est Dominicæ diei Festivitatem ab Apostolis institutam fuisse ad Christi Resurrectionis mysterium commemorandum, ejusque cultum singulis hebdomadis innovandum.

(b) Edmundus Martene de Antiq. Eccles. Ritib. Lib. IV, Cap. III, §. VII, pag. 7. Responsoria, ut ait S. Isidorus lib. I de divin. Offic. cap. 8, vocata sunt hoc nomine, quod uno cantante, chorus consonando respondet. Qui ritus ab ipso Evangelii exordio in Christianis conventibus videtur fuisse statim admissus, utpote promptus ac facilis, quo posset etiam imperita plebs psalmos concinnare, quos neque memoria, neque scripto tenebat. Id sane clarum est ex Eusebii libro 2 historiæ Ecclesiasticæ cap. 17, interpretante Rufino, ubi referens ea quæ de Essenis tradit Philo Judæus, sic tandem concludit: *Quæ omnia supradictus vir eodem ordine, eademque consequentia, qua apud nos geruntur, expressit, & ut unus ex omnibus consurgens in medio psalmum honestis modulis concinat, utque præcinenti ei unum versiculum omnis multitudo respondeat*.

Thomass. V. & N. E. D. Part. I, Lib. II, cap. LXXII, §. 9. In Ecclesiæ, uti in Reipublicæ nascentis exordio, consuetudo primum pro lege fuit, quo tempore interiore lege charitatis instigante longe plura fiebant, quam quæ potuisset lex ulla extorquere. Fuit hæc statim Ecclesiæ consuetudo, ut officium divinum a Clericis una cum Laicis publice in Ecclesia decantaretur. Deferbuit Laicorum pietas, Clerici de fervore pristino nil remisere.

(c) Roman. XIV. *Quod alius quidem æstimet diem præ die, alius autem æstimet. Unusquisque in suo sensu abundet*.

Coloss. II, 16. *Quapropter nemo vos judicet in cibo, aut potu, aut in parte DIEI FESTI, vel novilunii, vel Sabbati, quæ sunt umbra futuri*.

cibus quæro, quæ statæ erant, quæ condictæ, quæque in Christianorum Ecclesiis recitari publice consueverant.

§. III. Illud etiam disquiramus, quæ quantaque esset tunc temporis in Ecclesiis Christianorum Psalmodia. Equidem eos ipsos psalmos, hymnosque in Christianorum ecclesiis cani consuevisse crediderim, qui in Judæorum Synagogis psalli soliti erant. Quid enim? Nonne ante annum trigesimum septimum, quo fundari Ecclesiæ cœperunt, (Vid. supr. qu. II.) Christiani Judæorum Synagogis intererant, unaque cum illis divinas laudes persolvebant? Vero simile oppido est Christianos ab Synagogis exulare coactos, novasque sibi quærere sedes, ubi Deum colere, precari, ac venerari possent, eorum ipsorum Psalmorum recitationem retinuisse, qua antea usi erant. Quæ parro ea fuerit, si scire voles, discere poteris ex Humphredo Prideaux *Conexion of scripture Historij*, a Joanne Lightfooto *Temple service*, a Joanne Henrico Othonio *Lexicon Rabbinicum*, a Josepho Binghamo Origin. Ecclesiastic. Lib. XIII, cap. V, §. 4, atque a Laurentio Selvagio Antiquit. Christian. Instit. Lib. II, cap. VII, §. III, n. 5. (d)

§. IV. Quæ cum ita sint, quis eorum

(d) Selvagius ex Bingham. loc. cit. Tom. II, pag. 49. Praxis Apostolica, quod sacros spectat divini cultus ritus, duplici ratione spectari potest. 1 Ratione statarum formularum ab Judæis adhibitarum. 2 Ratione novarum formarum, quas cultui christiano proprias induxerit. Primum quod spectat, profecto constat Judæos statas divini cultus formas habuisse, quibus Apostoli libere usi sunt semper, ac, ut cum illis se conjungerenr, vel neccessitas exegerit, vel suaserit decentia. Atqui Judæorum Liturgia duplicis erat generis; altera enim ad ministerium Templi, ad ministerium Synagogæ altera pertinebar. Verum utraque in eo conveniebat, ut publicæ preces utrobique certa quadam, & constanti verborum forma fierent. Ministerium Templi prout Servatoris nostri tempore se habuit, accurate describitur ab erudito Lightfooto; atque hæc potissimum complectebatur, nimirum *recitationem Decalogi, & Philecteriorum tribus aut quatuor orationum formulis interjectis, Populi Benedictionem, Oblationes, & Sacrificia, musicam, Symphoniam, Psalmorum cantus*, e quibus varii pro variis anni Festivitatibus canebantur. Quod vero ad Synagogæ ministerium attinet, hoc a Templi ministerio in eo differebat, quod nulla haberet Sacrificia, sed tantummodo tria hæc, 1 Preces, 2 Lectionem Scripturarum, 3 Earumdem Prædicationem, & explicationem. Quod ad Preces, tantummodo observare juvat ipsarum antiquissimas, & solemnissimas eas esse, quas vocabant *duodeviginti Precationes*, quæ ab Esdra, & Magna Synagoga jam inde a tempore captivitatis institutæ dicuntur. Quibus paulo ante Hierosolymorum eversionem aliam novam addiderunt contra Christianos, qui in ea nominibus Apostatarum, & Hæreticorum memorantur. Id observat eruditus Humphredus Prideaux, quod & binis Justini M. & Epiphanii testimoniis firmatur. Jam vero si ab postrema hac, & recentiori precatione discesseris, reliquas utriusque tum Templi, tum Synagogæ, ministerii precandi formulas Christi, ejusque Apostolorum tempore in usu fuisse accurate demonstrant eruditi Antiquitatum Hebraicarum Iuvestigatores, ac præsertim modo laudati Lightfootus, & Humphredus Prideaux. Atque cum certo nobis constet Christum, ejusque Apostolos Templum, & Synagogas frequentasse, uti ex pluribus, ac perspicuis æque Evangeliorum, ac Actuum Apostolorum locis perquam manifestum est, profecto dubitandum haud est, usitatis apud Hæbræos precationum formulis fuisse usos.

rum (e) inscitiam non irrideat, qui statas precum formulas ab primitivæ Ecclesiæ moribus abhorrere contendunt? Nam præter Psalmos, Hymnos

(e) Federicus Spanhejus, & David Clarksonius, dans le discours sur les Liturgies, de hoc themate agunt. Ille succinte, hic plenius libertatem primævam contra liturgicos libros vindicat. Illa tom. II Oper. p. 930, has adfert observationes. Præmittit P. I, §. IV, liturgias apostolorum ementitas, postea ubi præscriptæ & introductæ sunt, a fundatoribus ecclesiarum appellatas: obscurum autem esse, ubi primum, & per quos cæperint. Frequentissimæ, & ardentissimæ in Eucharistia preces cum cantilenis & alis piis meditationibus a prima nascente ecclesia adhibitæ sunt, non tamen ex præscripto certarum formularum recitandæ, quem cultum liturgiam κατ' ἐξοχὴν dixere. Addit (II) preces olim a Christianis fusas fuisse extemporaneas, dono precum ubique se diffundente, vel, uti dicit Tertullianus, sine monitore, de pectore, quod imprimis Athenagoras de legat. pro Christian. docet. (III) Unitatem fidei quidem observatam, sed sacra ex libro quodam liturgico, ab apostolis tradito, haud fuisse peracta. Interim (IV) admittit, & §. VII declarat, fuisse mox post apostolorum discessum quendam publicarum precum ordinem, varium tamen, introductum, quem sequerentur, qui rem sacram facerent, qui postmodum præscriptas formulas generavit, cavendæ confusionis gratia fanciendas. Hæ sensim auctæ, mutatæ, emendatæ, unde tandem libri liturgici confecti. Hoc facto, nihil amplius arbitrarium fuit, omnia ex præscripto peragenda, totusque cultus sacer in formulas certas statasque cum variis ritibus & pompa conjectus est. Docent id libri antiqui liturgici, ordo Romanus, antiquæ precum formulæ, tam in Ecclesia latina, quam greca usitatæ.

De Ecclesiæ Græcæ libris plenius egere Gulielmus Cave & Leo Allatius, imprimis vero Renaudot *in collect. liturgiarum orientalium*, & theologus Tubingensis celeberrimus Pfaffius *de liturg.* c. 1, §. 4. seq. Libros latinorum ecclesiasticos recensuit magna industria Nicolaus Petrus Sibbern, quibus addendi sunt Pfaffius lib. 1. c. 2, & Edmundus Martene *in tr. de antiqu. Eccles. ritibus*, item *de antiq. Eccles. discipl. in celebrandis divin. officiis*. Ipsa solemnia varia, & infinita sunt, imprimis Ecclesiæ Romanæ, quæ illustrant Durandus *in ration. div. offic.* Andreas du Saussay *in panoplia sacerdotali*, Andreas Piscar Castaldus *in praxi cæremoniarum seu sacrorum Romanæ Ecclesiæ rituum*, Claudius De Sert *dans l'explication simple litterale & historique des Ceremonies de l'eglise pour l'instruction des noveaux converti*, Petrus Le Brun *dans l'explication litterale historique & Dogmatique des prieres, & des ceremonies de la Messe*, Cardinalis Bona *de rebus liturg.* Joannes Stephanus Durandus *de ritib. eccl. cathol.* aliique. Apud hos vulgo vocari solent agenda *Kirchen agende*, quæ appellatio forsan inde invaluit, quod officium Sacrum & Ministerium antiquitus vocarentur; officium autem illud ipsum, quod agendum est, denotat. Vid. Schmidt. *diss. de agendis*. Pauca etiam ex Clarksonio adnotanda sunt, de quo Clericus *dans la biblioth. univ. & hist. tom. XVI, p.* 130, observat, quod si ex numero eorum, qui Non-conformistæ in Anglia vocantur, *qui ne veulent employer aucune liturgie fixe arretée dans le service public*, ut verbis ejus utar. Inde non mirandum est, quod liturgias statas ab usu veteris Ecclesiæ prorsus abhorrere acriter contenderint. Admittit p. 4 aliquem usum orationis dominicæ in S. cœna; non tamen ex præscripto Salvatoris, uti p. 5, seq. ex Patrum doctrina observat. Admittit p. 6, ex usu quarumdam ecclesiarum ordinem quemdam catechumenorum, atque fidelium, cujus mentionem facit c. 27 concil. Laodic. Sed statas, certasque formulas jam usitatas fuisse, ægre concedit, quod ordo tantum ipsas res in precibus exprimendas, contineat. Quin tamen hic ordo, quem ecclesiæ, ut plurimum observabant, ortum dederit certis statisque precibus, dubitandum vix est maxime tempore Constantini, quo res liturgicæ

nosque, quos Christiani Apostoli monitu I ad Corinth. XIV, 26, & ad Ephes. V, 19, in suis ecclesiis concinebant, eosque ex sacrarum litterarum Codice recitabant, plures aliæ precationum formulæ erant, quibus utebantur Christiani in Sacris tum conficiendis tum ministrandis, quibus cadere grande erat nefas. Quid dicam de oratione Dominica, cujus formulam, quam in orando Christiani omnes sequi deberent, (f) Christus Dominus composuit, ac de verbo ad verbum expressam nobis tradidit? Quid de Baptismi, atque Eucharistiæ formulis, quas ex ipso divino ore profectas Ecclesiæ omnes summa religione semper coluerunt? (g) Quid de Fidei Symbolo, quod conceptis verbis ab Apo-

gicæ magis, magisque determinatæ sunt. Pluribus argumentis in sequentibus sententiam suam exornat suppositiias liturgias p. 176, rejicit, & ad obiectiones respondet p. 164, seq.

(f) Lucæ XI. *Et factum est: cum esset in quodam loco, ut cessavit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum: Domine doce nos orare: sicut docuit & Joannes discipulos suos: & ait illis: Cum oratis, dicite: Pater &c.*

Matthæi VI, 9. *Sic ergo orabitis: Pater noster qui es in Cælis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua sicut in Cælo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie; & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.*

(g) Selvag. loc. cit. Lib. III, cap. 1, §. 5, Tom. III. Prioribus Ecclesiæ Sæculis unanimem fuisse omnium Ecclesiarum morem, ut in nomine Patris, &, Filii, & Spiritus Sancti baptizarent, productis veterum Patrum testimoniis abunde demonstrant Theologi. Tria hic tantummodo advertere juvat: 1 antiquos Patres in illud omnes conspirare, ut eam formam divinæ institutioni prorsus adscribendam doceant: ita Tertullianus, Cyprianus, Optatus, aliique, 2 Hujusmodi fuisse omnium sententiam, ut eam verborum formulam necessario in baptismo adhibendam esse crediderint; cujus quidem rei pleni sunt veterum libri: at Athanasium audire præstat, qui Epist. ad Serap. ait: *Qui aliquid de Trinitate detrahit ..... nihil accipit, sed vacuus, nec initiatus ipse & is qui dare videtur, manet; siquidem initiatio nonnisi in Trinitate sita est.* Cui unum Augustinum brevitatis gratia adnectimus: *Certa illa Evangelica verba, sine quibus baptismus consecrari non potest.* De baptis. Lib. VI, Cap. XXV: & ibidem: *Quis nesciat non esse baptismum, si verba Evangelica, quibus Symbolum constat, illic defuerint?* Illud 3 advertendum duco, adeo nimirum hanc de Trinitatis in baptismo invocatione sententiam fuisse constantem, ut quæ loca in Actis Apostolicis Baptismum in solo Christi nomine collatum innuere videntur, omnes de totius Trinitatis invocatione interpretati sint, si paucissimos admodum excipias. Longum sane esset omnes hujus rei testes producere; aliquorum testimonia delibasse sufficiat. Ac primum Basilium proferimus, quem in solius Christi nomine collatum baptisma ratum statuisse arbitratur Petavius De Trinit. Lib. II, Cap. XIV. Basilius quidem in Lib. de Sp. Sancto fuse argumentum hoc persequitur adversus eos, ut capiti apposita ἐπιγραφὴ habet, qui dicunt sufficere baptisma tantum in nomine Domini. Ita enim eorum objectioni, qui baptismum in Christi nomine datum ex diversis Scripturæ locis opponebant, respondet, ut in aliis locis ubi, solius Spiritus Sancti mentio in baptismo occurrit, totam Trinitatem intelligendam esse concludat. Siquidem Actor. c. 5 habetur: *Vos Baptizabimini Spiritu Sancto non multis istis post diebus*: tum I ad Cor. XII. *Omnes in uno Corpore, & in uno Spiritu baptizati sumus*

Apostolis editum (*h*), omnium Ecclesiarum atque omnium sæculorum consensione retentum, ac constanti usu custoditum videmus? Verum ne te

---

sumus. At non ideo, inquit Basilius, *quis dixerit perfectum esse baptisma, in quo solum Spiritus nomen invocatum est. Oportet enim inviolabilem manere traditionem, quæ in vivifica gratia tradita est*. Explicat porro traditionem, cujus meminerat: *Sicut credimus in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, sic & baptizamur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Eodem ferme pacto, licet aliud agens edisserit Augustinus Lib. II, Cap. XVII, contra Maximianum, qui Spiritum Sanctum non esse Creatorem inde deducebat, quod eo prætermisso de Filio dicitur, omnia per ipsum facta esse. Ita enim ipsum refellit: quemadmodum cum in Act. Apostol. eos in nomine Christi baptizasse legitur, nemo dixerit eos baptizasse, non nominatis Patre, & Spiritu Sancto; eadem ratione cum Joannes omnia per Verbum facta esse dicat; non efficitur facta simul non esse per Patrem & Spiritum Sanctum. Eadem est Theopylacti, Eulogii, Joannis Damasceni, Facundi Hermianensis, aliorumque sententia. Illud tandem hic quæri potest, num Baptismi formæ a Christo institutæ aliquid in Ecclesia aliquando adjectum sit, & an possit aliquid addi. Non desunt quidam, quibus videtur additamenta explicationis, & veritatis Catholicæ confirmandæ caussa adjecta rata olim fuisse, quod ex Justino, & Constitutionum Apostolicarum auctore colligere posse arbitrantur. Verum Justini verba non puram baptismi formam præseferunt, sed potius eam explicant, & quadam παραφράσει illustrant. In Constitutionibus vero Apostolicis Presbyter docetur, quo pacto baptizare debeat ex mandato Christi; & Evangelii loco cit. ubi formulæ institutio recensetur, explicationis ergo subnectitur: In nomine Patris, qui misit, Christi, qui venit, Spiritus Sancti, qui Testimonium perhibuit. Lib. VII, Cap. XXII.

Selvag. loc. cit. Cap. VIII, §. XV, pag. 67. Ea unanimis est veterum Patrum sententia, ut non modo Eucharistiam non aliis verbis, quam quibus eam Christus perfecit, verum etiam in Christi ipsius persona a Sacerdotibus confici tradiderint. Ex quibus quidam illud efficitur, quod nonnisi verbis institutionis consecrandi vim adscripserunt. Porro nullus orationi inveniretur exitus, si singulos in hanc sententiam loquentes Patres proferre animus esset; unum igitur aut alterum hic producere satis erit. Chrysostomus Hom. II in Epist. II ad Tim. *Nihil habet ista* (hostia) *quam illa minus: Cur id? quia non illam sanctificant omnes, sed Christus, qui illam ante sacraverat: quemadmodum verba, quæ loquutus est Christus, eadem sunt, quæ Sacerdotes quoque pronunciant, ita & oblatio eadem est*. Ambrosius Lib. IV de Sacram. Cap. IV. *Corpus Christi? Confecratione. Consecratio autem quibus verbis est, & cujus sermonibus? Domini Jesu: nam pauca reliqua omnia, quæ dicuntur, laudem Deo deferunt: Oratio præmittitur pro populo, pro regibus, pro cæteris, Ubi venitur, ut conficiatur venerabile sacramentum jam non suis sermonibus Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi*.

(h) Selvag. Lib. I, Part. II, cap. XVIII, §. 2. Apostolicum Symbolum duplici ratione inspici potest; nimirum & quod ad Doctrinam, & quod ad verborum formulas spectat: quod ad doctrinam apud omnes peræque constat, Christum habere Auctorem, Apostolos Prædicatores. Ad rem Tertull. de Præscript. cap. 37. *In ea regula incedimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo tradidit*. Illud ipsi quoque Heterodoxi fateri non abnuunt. *Neque enim dubium est*, (inquit Calvinus Lib. II Institutionum Capite 16.) *quin a prima statim Ecclesiæ origine, adeoque ab ipso Apostolorum ævo, instar publicæ, & omnium calculo receptæ confessionis obtinuerit*. Eadem habet Vossius n. 21. Igitur id, de quo



te longiore sermone morer ea in re, quæ ab aliis copiosissime est pertractata, adi Josephum Binghamum Orig. Eccl. Lib. XIII, cap. V, ubi ad-

---

quo inter eruditos adhuc fervet quæstio, illud profecto est, num Symbolum, quod jam ab IV Sæculo in Ecclesia, ceu Apostolicum audit, etiam quod ad concepta verba, & sententiarum ordinem ab Apostolis conditum fuerit. Primo autem animadvertendum, quod, quæ in Symbolis apud antiquissimos Patres adhuc extantibus observatur varietas, indicare videtur, illud ab Apostolis quod ad articulorum ordinem, ac verborum formulas conscriptum non fuisse. A quo sane veteres illi Patres non discessissent, quinimmo integrum, intactumque posteris reliquissent. At contra illud Apostolis omnino adscribendum, plura, eademque firmissima videntur astruere rationum momenta. Ac primo ille semper in Ecclesia obtinuit Critices Canon quem tradit Augustinus Libr. III contra Donatistas: *Quod universa tenet Ecclesia, nec a Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Atqui Symbolum, ceu Apostolicum, & ab Apostolis conditum ipsis fatentibus adversariis universa, saltem Sæculo V recepit Ecclesia, nec aliquo institutum Concilio constat, sed semper retentum ipso Tertulliani ævo, qui illud compendio refert; auctoritate igitur Apostolica conscriptum rectissime creditur. Præterea num Apostoli Symbolum illud suis Sententiis, vocibusque constructum ediderint, res est, quæ ad historiam pertinet, & quæ non nisi ab antiquorum priorum Sæculorum traditione repeti potest. Jam vero Sæculo II S. Irenæus Lib. I adversus hæreses cap. 2, *Ecclesia*, inquit, *per universum orbem usque ad fines terræ seminata, & ab Apostolis, & a Discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in Deum Patrem Omnipotentem*. Sæculo II exeunte, & III ineunte Tertull. Lib. de Præscriptionibus, uti modo vidimus, non modo illud Apostolis adsignat, verum, & ejusdem compendium refert. Sæculo IV Ambrosius Lib. I, Epist. 7, ad Simplicianum, *Credatur*, scribit, *Symbolum Apostolorum quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit, & servat*. Lucifer Calaritanus Lib. de non conveniendo cum hæreticis: *Contra*, scribit, *videamus Apostolos credidisse in unum Deum Patrem Omnipotentem, & in unum Filium ejus Jesum Christum, & in S. Paracletum Dei Spiritum*. Tum Rufinus, qui exeunte Sæculo IV, & V ineunte floruit, scribit in Lib. de Expos. Symboli, constare traditione majorum (*Tradunt Patres nostri*) omnes Apostolos in unum adunatos, & Spir. S. repletos Symbolum hoc edidisse, quod & ibidem operose explicat. Sæculo V Cælestinus I in Epistolà ad Nestorium vocat Symbolum hoc Symbolum ab Apostolis traditum. Tum Synodus Ephesina in Relatione ad Theodosium de Nestorii depositione: *Fides*, scribit, *initio quidem a Sanctis Apostolis tradita: postea vero a trecentis decem & octo Patribus in Metropoli Nicæna exposita*. Manifestius S. Hieronymus Epistol. 61 ad Pammachium: *In Symbolo Fidei, & Spei nostræ, quod ab Apostolis traditum, non scribitur in charta* &c. Testimonia Sanctorum Leonis M. Maximi, & Isidori Hispalensis omnium lucidissima sunt: ac præsertim S. Leo Ep. 13 ad Pulcheriam Augustam, *Siquidem*, scribit, *ipsius Catholici Symboli brevis, & perfecta confessio, quæ duodecim Apostolorum totidem est signata sententiis*, &c. Jam vero ex dictis duo sponte fluere videtur: Alterum est, quod Patres loquantur, non modo de doctrinæ medulla, verum etiam de verborum, ut ita inquam, cortice: Nam 1 illud afferunt, tanquam monumentum publicum notum ac certum, cujus etiam verborum initium innuunt. 2 Illud opponunt hæreticis, ceu regulam ab illis patenter ac scienter violatam. 3 Fatentur Nicænos Patres illud explicasse, & clarioribus verbis, quod in eo generalioribus continebatur, eduxisse. 4 Memorant illud, ut inremeratum Ecclesiarum depositum, ac suis distinctum sententiis, suisque conceptum formulis: ergo a primis usque temporibus hujusmodi Symbolum non do-

ctri-

adversus Presbyterianos pro certa- rum, conceptarum, statarumque formula-

ctrina tantum, sed verborum etiam integritate exstabat. Alterum est, quod Patres hujusce Symboli originem Apostolis disertissime tribuant: namque I illud sub eorum nomine referunt; 2 ab ipsis acceptum fatentur; 3 eorum sententiis constructum tradunt. Ergo Symbolum Apostolicum Apostolos agnoscit Auctores. His addesis nihil in eo contineri, quod Apostolicam simplicitatem, & majestatem non redoleat. Unde igitur, inquies, in Symbolis apud antiquos Patres adhuc extantibus tanta varietas non modo in verbis, verum & in sententiis? Profecto si quis vulgare Symbolum cum Romano, Aquilejensi, Alexandrino, Antiocheno, Hierosolymitano &c. inter se attente contulerit, integrorum articulorum adjectionem, aut omissionem facile deprehendet. Nam 1 *τὸ descendit ad inferos* in vulgari, & Aquilejensi superest, ab Romano, & Orientali abest. 2 *Sanctorum communio* in Vulgari Symbolo exprimitur, exulat a Romano, Aquilejensi, Orientali. 3. *Vita æterna* in Vulgari memoratur, in cæteris ne verbum quidem. Hoc unum est quod difficile solvendo esse videtur, & in quo mirifice sibi plaudunt adversarii. Verum si quis recte consideret, hoc Symbolum ab Apostolis, teste Hieronymo non chartis traditum, sed memoriæ fidelium consignatum fuisse, facile binas hujusce varietatis caussas agnoscet. Prima est memoriæ instabilitas: namque in libris ipsis describendis tam variæ lectiones sæpe inciderunt; quanto magis in verbis memoria retinendis, in tanta temporis diuturnitate? Altera est novarum hæreseon in dies emergentium infelix propago, cui succidendæ clarior alicujus articuli explicatio requirebatur, adeo ut, quæ in uno Articulo veritates virtute, ut ajunt, continerentur, ad errorem refellendum tanquam ex semine discluderentur. Hinc 1 *descensus ad inferos*, uti Rufinus ipse observat, virtute latet in Christo sepulto. 2 *Sanctorum communio* in ipsa vivificantis Spiritus, & S. Ecclesiæ confessione concluditur. 3 Tandem *vita æterna* in Carnis resurrectione satis exprimitur: ex qua nempe, ut ait Rufinus, ministratur Justis perpetuitas gloriæ, reis prolixitas confusionis. Cæterum ex solius Romanæ Ecclesiæ Symbolo quid Apostolicum habeat, colligendum est, tum quod Apostolorum Symbolum Romana Ecclesia semper intemeratum custodierit ac servaverit, teste Ambrosio; tum quod neque hæresis ulla suum sumserit illic exordium, & vetusta in Catechumenis recitandi Symbolum consuetudo perpetuo obtinuerit, eodem teste Rufino. Præterea aliqua ab adversariis proferuntur symbola, quæ ab Romano longe distare videntur, ut illa Irenæi, Origenis, Gregorii Thaumaturgi, &c. Sed hæc vere Symbola non sunt, sed potius Fidei Christianæ Expositiones, quum ab eo quod ad sensum, & sententiam nihil differant.

Benedict. XIV de SS. Sactif. Miss. Lib. II, cap. XIX, § 3. Davidem Clarkson hæreticum item prætermittimus, qui in tractatu de Liturgiis, sive Formulario Ecclesiastico precationum ex Anglicano in Gallicum sermonem converso, ac Rotterodami edito anno 1716, impudenti sane audacia ostendere nititur, nullam primis quinque sexve sæculis fuisse conceptis verbis Liturgiam in Ecclesia, nullam precationum formulam, neque in Sacramentis administrandis, neque in celebrando Sacrificio, nec in Baptismate conferendo; quæ omnia plane absurda & absona ab immoderata quadam libidine oriuntur sacratiora quæque permiscendi & evertendi. Igitur dicimus in Gregorii Cassandri Liturgia cap. 18, auctoritates reperiri congestas Ruperti, Walfridi Strabonis, Petri Cerveli, & Rhenani, ex quibus colligitur Apostolicorum Missam temporum in sola Oratione Dominicali, & Eucharistiæ Consecratione, & distributione consistere. Præterea Emarus Ennequineus Rhedonensis Episcopus in collectione eorum, quæ de Missæ Sacrificio scripserat Innocentius III, quam Gregorio XIII dicatam edidit typis Parisiensibus anno 1579, extra omnem dubii aleam ponit, S. Petrum, Oratione Dominicali tantum recitata, consecravisse, & Missam celebrasse, reliqua omnia deinde esse addita. Sed ea de re legendus Boquil-

mularum usu fusa admodum oratione decertat.

QU. V.

---

quillot tractatu Historico de Liturgia Lib. I, cap. 9, qui etsi videtur paullo propensior ad Liturgias non modo Sanctorum Petri, Matthæi, & Marci, sed etiam S. Jacobi tanquam spurias rejiciendas (quam tamen S. Jacobi Liturgiam, & aliquis quinti sæculi Scriptor, & Concilium Trullanum can. 32 commemorat, ut alibi diximus) sibi nihilominus persuadere non potest, Apostolos, eorumque successores nil quidquam aliud Missam celebrando fecisse, quam ut Orationem Dominicalem recitarent, eucharistiam consecrarent, eamque distribuerent. Loquitur eo loco Boquillot de S. Gregorio, sed Cardinalis Bonæ sequutus sententiam, nihil eorum attigit quæ modo diximus. Monet autem, S. Gregorii auctoritatem non ita accipiendam, ut S. Pontifex significare voluerit, in Christianorum conventibus ad Sacrificium nihil aliud fieri consuevisse, quam ut Oratio Dominicalis diceretur, consecraretur, & communicaretur: idque probat auctoritate D. Pauli, qui in Epistolis jubet Fideles versari in Psalmis, Hymnis, Canticis, Orationibus, precationibusque pro omnibus hominibus, ac pro Regibus: denique concludit, etiamsi Apostoli nullam Liturgiam condidissent, magisque tutum putassent per traditionem Episcopis, quos consecrarent, suam tradi doctrinam, id tamen non diu perdurare potuisse; quamobrem aut paullo post mortem Apostolorum, aut fortasse etiam dum viverent, Liturgiam conceptis verbis esse conditam ad Sacrificium; quam tamen non ex sola Dominicali Oratione, & Consacratione conflatam fuisse apparet ex Justini Martyris Apologia 2, qui scribit, in Christianis conventibus non modo quantum posset, legi consuevisse ex Apostolorum Scriptis, & Prophetarum, & post eam lectionem ab Episcopo haberi sermonem ad Populum, sed etiam Sacerdotem, qui celebraret, accepto Pane, & Calice, ubi vinum esset cum aqua mixtum, æterno Patri nomine Filii & Spiritus Sancti Sacrificium offerre, debitas Santissimæ Trinitati laudes tribuere, nullumque temporis in agendis gratiis, & precationibus consumere: diu gratias agit, Populo succlamante. Amen.

QU. V.

Data ne concio Presbyteris in primo Ecclesiarum statu?

§. I. Antequam Christiani ullas sibi conderent Ecclesias, in Synagogis rei divinæ interesse solebant. Hæc duabus ex partibus constabat, ex precibus, & concionibus (*a*). Missæ sacrificium, a quo maxime abhorrebant Judæi, in Cœnaculis, quæ & *Proseuchæ* dicta, fieri curabant Christiani, ministerioque ad id utebantur illius Apostoli, aut Apostolici viri, a quo Christi fide erant initiati. (Vid. sup. Qu. II, §. 5.) Postquam vero ab Judæorum Synagogis absterriti, & exclusi proprias sibi Ecclesias suis instructas Presbyteris formare cœperunt, hæ Ecclesiæ & Synagogarum, & Proseucharum vicem obtinuerunt, Presbyterique, Apostolis, Apostolicisque viris peregre profectis, & Præsidum, & Sacerdotum munere fungebantur. Si igitur & Synagogarum, & Proseucharum munia omnia ad Presbyteros reciderant, quis non videt etiam concionandi onus eorum humeris incubuisse?

§. II. Rem hanc per se claram clariorem efficiunt ea, quæ Paulus scripsit I ad Timotheum II, 2, ubi eos in Presbyterorum numerum cooptandos esse vult, qui sunt *διδακτικοὶ apti ad docendum*. Quos autem hic Paulus vocat *διδακτικοὺς*, Vincentius Lirinensis appellat *Tractatores*, seu quod idem est *Concionatores* (*b*). Id ipsum Paulus repetit in Ep. ad Titum I, 9, ubi ait: *Oportet enim Episcopum .... amplectentem eum qui secun-*

(a) Hæc omnia facile colliguntur ex Luc. 4. *Intravit*, inquit, *Jesus secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ, & cum evolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat: SPIRITUS DOMINI SUPER ME: postque recitatum locum subditur: & cum plicuisset librum, reddidit ministro, & omnium in Synagoga oculi erant intenti in eum: cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est scriptura in auribus vestris.* Similia dicuntur Act. 13: *Venerunt Antiochiam* (nempe Paulus, & Barnabas) *& ingressi Synagogam, die Sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legis, & Prophetarum, miserunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad populum dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite.* Et post absolutum Sermonem subjungitur: *Exeuntibus autem illis, rogabant ut sequenti Sabbato loquerentur sibi verba hæc.* Et mox: *Sequenti vero Sabbato pene universa civitas convenit audire verbum Dei*: ubi, & conventus Civitatis, & lectio, sive recitatio legis, ac prophetarum habetur, tum exhortatorius ac parænetícus Sermo.

(b) Vincent. Lirin. in Commonit. Cap. 40, Bingham. O. E. Lib. XIV, cap. 4, §. 1,

secundum Doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in Doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Satis jam superque monuimus, (Vid. sup. Lib. IV, Part. I, qu. III, & seq.) eos EPISCOPOS, de quibus loquitur hic Paulus, non fuisse veri nominis Episcopos, sed meros Presbyteros *Episcoporum* nomine donatos. Nae haec doctrinae atque eloquentiae praesidia, & adjumenta, quae in Presbyteris requirit Apostolus, satis declarant Presbyteros tum temporis concionandi onus sustinuisse. Inter plures autem Presbyteros ille in suggestum ascendebat, cui a Presbyterio concio dabatur.



QU. VI.

§. 1, Vol. VI, pag. 105. Psalmorum, Lectionumque de sacris Scripturis recitationem proxime excipiebat sermo . . . . Tales sermones communiter vocari solebant a Graecis ὁμιλίαι, & a latinis *Tractatus*, quique eos habebant *Tractatores*, quemadmodum ex multis Cypriani, Optati, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Gaudentii, Chrysologi, aliorumque locis apparet, descriptis a Ferrario Lib. *de ritu Concionum* Cap. II, pag. 2, 3, 4, 5, 6, edit. Paris. 1664. Vid. infr. Qu. IX, N. a.

QU. VI.

Quid habes de Sacrificio Missæ in primo Ecclesiarum statu?

§. I. HIC locus a Divo Paulo divinitus est pertractatus in Epist. I ad Corinth. X, 16: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne Communicatio Sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est?* Ab hisce Pauli verbis lucem mutuatur illud Divi Lucæ Act. II, 42: *Erant perseverantes in communicatione fractionis panis:* itemque illud Actor. XX, 7: *Per unam Sabbati, cum convenissemus ad frangendum panem.* Si communicatio fractionis panis, de qua Lucas, teste Paulo, est participatio Corporis Christi, necessario efficitur, *fractionem panis* (a) esse illam actionem, sine qua Corporis Chri-

(a) Nomine vero *Chàtzta*, hoc est fractionis, missam vocant Syri: Admodum apposite sine dubio hoc Fractionis nomine Missa nuncupatur, cum in ea Corpus Christi in Altari, Cœlestique convivio frangatur.

Selvagius Antiq. Christ. Lib. II, Part. II, Cap. 3, §. 4, Vol. II, pag. 186. Mos panem Eucharisticum in partes dispescendi, & ab Christo institutus, & ab Ecclesia retentus perpetuo fuit. Ille enim in Mystica cœna, panem accepit, & fregit, deditque discipulis suis. Ejus vero discipuli die Dominico, quod legimus Act. XX, conveniebant ad frangendum panem. Hinc Patres omnes unanimi consensu de ea semper loquuti sunt, ut quæ distributionem ejusdem panis præcedebat. Sed tamen non eodem Sacrificii loco apud omnes Ecclesias fractus Eucharisticus panis fuit. Græci ut videre est in eorum Liturgia, statim a consecratione comminuisse videntur. At secus accidisse apud reliquas Ecclesias conjicias ex Augustino, Clemente, Alex. Dionysio Areop. aliisque, qui fere fractionem cum distributione conjungunt. Uti contra ex Chrysostomo, & Greg. Nazianzeno edisces, Græcas Ecclesias post consecrationem fregisse, quum illi de fractione loquantur, consecrationem excipiente. Præterea de eadem fractione loquuntur ad unum omnes Liturgiæ qua occidentales, qua Orientales, tantumque differunt inter se cum in tempore fractionis, tum in numero particularum. Liturgia enim Chrysostomi Græca frangi jubet, ut dixi, post consecrationem, Orientales dividunt ante Orationem Dominicalem, uti observat Clariss. Renaudotius Tom. I Comment. in Liturg. Orient. p. 262. Id ipsum, & Mediolanensem Ecclesiam consuevisse teneas ex Liturgia Ambrosiana, namque post orationem, *Per quem hæc omnia*, Sacerdos hostiam dividit dicens: *Corpus tuum frangitur, Christe, Calix benedicitur.* Ecclesia autem Romana post dictam Dominicam orationem sanctam hostiam dividere consuevit. Ad particularum autem numerum quod attinet, non minor varietas occurrit. Latini enim in tres partes hostiam dispescunt, Græci in quatuor, uti ex eorum Liturgia apparet. Quadrifariam quoque divisisse Orientales putat Card. Bona Rer. Liturg. Lib. II, Cap. XIV, §. III. At fallitur vir summus: hi enim, ut observat Renaudotius supralaudatus pag. 209, multifariam hostiam secant. Mozarabes vero in novem partes dividunt, quarum unamquamque peculiare vitæ Christi mysterium signi-

Christi participes fieri non possumus (*b*). Ubi igitur Lucas ait, *Cum convenis-*

significare voluerunt. Vid. Mabillon. de Liturg. Gallicana Lib. I, Cap. II, §. 12. Hanc autem adeo constantem Corporis Dominici fractionis praxim retinuit Ecclesia ad repræsentandam ejusdem Domini passionem, atque crucifixionem.

(b) Novatores hæretici toto Cœlo non solum a Catholicis, sed etiam inter se dissident de Eucharistiæ sacramento disputantes. Calvinistæ enim blaterant, Eucharistiam adumbrare Corpus Christi, ejusque tantummodo figuram, ac typum esse, & fronte perfricta negant, & pernegant, Christi Carnem, & Sanguinem reipsa, & substantialiter in Eucharistia præsentes esse. Lutherani vero contra affirmant, Christum in Eucharistia verissime adesse, non tamen per transubstantiationem, sed volunt eodem tempore in ea cum substantia Corporis, & Sanguinis Christi etiam substantiam panis, & vini reperiri. Hinc *Impanationis* nomen derivatum. Horum aniles fabulas, & somnia vana diluunt apertissime antiquissimæ Syrorum omnium, videlicet Maronitarum, Jacobitarum, & Nestorianorum Liturgiæ, *Transubstantiationis* Mysterium luculentissimis verbis, & sine ulla ambiguitate exhibentes.

Adeo autem verum est, a Syris conversionem panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi semper fuisse pro certo habitam, quidquid contra temere effutiant Calvinus, Lutherus, cæterique eorum asseclæ, ut non solum Maronitæ, sed ne ipsimet, Ecclesiæ Romanæ hostes, Jacobitæ videlicet, & Nestoriani de transubstantiationis mysterio vel hilum umquam dubitaverint, quemadmodum multis ostendit Abraham Echellensis in Adnotationibus ad Catalogum Scriptorum Hebedjesu. Id vero satis, superque probat Oratio Invocationis Spiritus Sancti a Syris plerumque usurpata, ubi verborum paulo ante a Sacerdore prolatorum vis luculentius, & clarius exponitur, quæ sunt: *Hoc est enim Corpus meum. Hic est enim Calix Sanguinis mei &c.* Per eam enim Orationem Sacerdos petit, ut super oblata Spiritus Sanctus descendat, & omnipotenti virtute sua panem, & vinum in Corpus, & Sanguinem Christi convertat, vel juxta vim verborum Syriacorum *faciat*, *perficiat*, *vel manifestet* Corpus, & Sanguinem Christi. Hinc ex Sanctis Patribus Orientalibus alii alia verba Syriaca in suis Liturgiis adhibuerunt. Sic Sanctus Petrus Apostolus, Sanctus Joannes Evangelista, Sanctus Lazarus Episcopus Babylonis usi sunt Verbo *faciat*; Sanctus Marcus Evangelista, Joannes Maro Patriarca Antiochenus, & Matthæus Pastor usurparunt *perficiat*; Sanctus Jacobus Apostolus, Sanctus Cyrillus Alexandrinus, Sanctus Eusthatius Patriarcha Antiochenus, Sanctus Jacobus Doctor adhibuerunt *manifestet*; denique alii transubstantiationem per Verbum *commutet* expresserunt, ut Sanctus Marura, & ex Jacobitis Philoxenus, & Dionysius Barsalibi Archiepiscopus Amendensis.

Verum ad contundendam audaciam Novatorum juverit in medium afferre ipsos textus Syriacos latine versos, ob oculos ponentes in Sacramento Eucharistiæ corpus, & Sanguinem Christi contineri sub speciebus panis, & vini. Luculentissimum hujus rei testimonium præbet Joannes Maro cap. 31 in Commentariis in Liturgiam Divi Jacobi Apostoli: *Sed scimus esse Corpus, & Sanguinem Dei Domini nostri Jesu Christi, vere, & non figurate. Nam sicut Christus videbatur homo, & erat Deus, sic etiam & illa, etiamsi videantur panis, & vinum, sunt vere, & realiter Corpus, & Sanguis Salvatoris nostri, sub speciebus panis, & vini*. Idem confirmat Dionysius Archiepiscopus Amedensis in Liturgia inter alias Syrorum Patrum collocata, qui ad sæculum sextum, & septimum Ecclesiam Syram morum sanctitate, & scriptis illustrarunt. Hic itaque in Adnotationibus suis verba consecrationis clarius exponens in Commentario in Missam cap. 12, ipsummet Corpus, ait, in Sacramento Eucharistiæ esse, quod Christus ex Virgine Maria, dum in terris fuit assumpserat. *Sed forsan quis interrogat, quomodo hoc fieri possit. Illa enim dextera,*

venissemus ad frangendum panem, idem est, ac si dixisset, cum convenisse-

ra, quæ ab initio accepit pulverem ex terra, & commutavit hunc panem, illumque effecit Corpus Christi, & commutavit hoc vinum, illudque effecit Sanguinem, qui est ex Virgine, sic etiam hodie intelligitur de pane & vino, quod Sacerdos offert, & facit panem, & vinum, quæ ponuntur, Corpus, & Sanguinem Verbi Dei. Ubi igitur sunt impanationes, ubi figuræ, ubi typi, quæ omnia in Sacramento Eucharistiæ esse imperitæ plebeculæ, & insipientibus temere, & pervicaciter venditant, & obtrudunt Novatores Hæretici?

Audiatur etiam Claudius Minister Charentonensis, quam imprudenter, & injuria Paschasitas appellet Christianæ religionis cultores, tanquam Ratberti Abbatis Corbejensis sectatores, quem falso, & ex ingenio suo sine ullo fundamento asserit transubstantiationem primum excogitasse anno Christi circiter octingentesimo vigesimo primo. Non ne satis superque ejus temeritatem ostendit, & contundit Joannes Maro, qui ducentis circiter annis ante Paschasium de Sacramento Eucharistiæ multa & admirabilia scripsit? Nonne idem confirmant alii non pauci ante Maronem a nobis superius allati? Fateor equidem Paschasium primum omnium extitisse, ut colligitur ex Bellarmino in Catalogo Scriptorum, qui rem hanc fuerit persecotus contra Bertramum quemdam de hoc Sacramento ambigentem, quod cæteri omnes ad illam diem firmiter crediderant. At semper constans, ac perpetua Ecclesiæ Orientalis de hoc Sacramento fides fuit non solom apud Maronitas, sed etiam Cophtos, Jacobitas, & Nestorianos, quod clare demonstrat Antonii Arnoldi liber adversus Claudium prædictum compositus, inscriptus: *La perpetuité de la foi de l' Eglise Catholique touchant l' Eucharistie.*

Encyclopedie. V. *Communion Eucharistique ou Sacramentele.* C' est l'action de recevoir dans le sacrement de l' Eucharistie le corps & le sang de Jesus-Christ, action, qui est évidemment la plus auguste & la plus sainte de notre religion. La coupe que nous bénissons, dit Saint Paul, n' est elle pas la communion de Sang de Jesus-Christ, & le pain que nous rompons n' est-il pas la participation au corps de Jesus-Christ? Nous sommes tous un seul pain & un seul corps, nous qui participons au même pain, & á la même coupe. I Cor. c. 10. Ainsi l' Apôtre nous fait sentir toute l' énergie du terme de communion. Dans toutes les religions, l' usage a été constant de manger en commun les chairs de la victime que l' on avoit offerte en sacrifice; dés les premiers temps le pere de famille présidoit á la cérémonie, rassembloit ses enfans, ses domestiques, souvent les étrangers, pour prendre part á ce repas fraternel. Les Payens se flatoient, dans cette circonstance, de manger avec les Dieux; les adorateurs du vrai Dieu, plus sensés, se regardoient comme assis á la table du pere commun de toutes les creatures.

Jesus Christ, qui connoissoit si bien les ressort qui font mouvoir le coeur humain, & l' influence que les cérémonies ont sur les moeurs, ne pouvoit manquer d'en conserver une aussi touchante que celle-ci, mais il en a retranché ce que les anciens Sacrifices avoient de trop grôssier. Elle est bien froide, quand on ne l' envisage que comme un simple symbole destiné á nous rapeler le souvenir de la derniere cène de Jesus Christ; un repas ordinaire feroit sur nous plus d' impression. Mais que la communion est touchante, quand on croit que ce divin Sauveur est tout-à-la-fois le Prêtre, la victime, la nouriture de ses adorateurs! La Communion de foi, & la communion des Saints sont une conséquence de la Communion Sacramentele qui en est le signe. „ Nous sommes un seul corps, dit „ Saint Paul, nous qui participous à un „ même pain." I Cor. c. 10, V. 17. Mais il explique la nature de ce pain, on disant que c' est la participation au corps du Seigneur. Il confirme cette ideè en comparant les Chretiens aux Israëlites, qui participoient au Sacrifice, en mangeant la chair de la Victime. Si l' Eucharistie n' est pas un vrai sacrifice, la comparaison est fauf-

fauſſe, la participation eſt imaginaire; la chair des victimes étoit une image beaucoup plus ſenſible du corps de Jeſus Christ mort ſur la croix, que le pain & le vin. Il n'eſt donc pas ètonent que les Proteſtans en faiſant de l'Euchariſtie un ſigne ſans réalité, aient renoncè en même temps á l'efficacitè de la communion ſecramentele, á la communion de foi & á la communion des Saints. Chaque perticulier dans ſa famille, peut conſacrer l'Euchariſtie & faire la communion dens le ſens qu'ils donnent à ce terme: il ne faut ni Prêtre, ni autel, ni cérémonies; avec une foi Calviniene & un peu d'enthauſiaſme, toute la famille communie á chacum de ces repas. C'eſt mal-á propos que Saint Paul a tiré de le cène euchariſtique une inſtruction qu'l pouvoir faire également ſur chaque repas pris en famille, ou du moins ſur celui dans lequel pluſieurs familles ſe trouvent raſſembiées. Des le premier ſiecle de l'Egliſe Seiot Clement; au ſecond Saint Ignace & Saint Juſtin; au troiſieme Tertullien & d'eutres, nous montrent avec quelle pureté, quel reſpect, quelle ferveur les premiers fideles faiſoient cette ſainte action, & ce qu'ils en penſoient. Dans toutes les Liturgies, les prieres qui précedent la Communion, la formule dont elle eſt accompagnée, l'adoration de l'Euchariſtie, la maniere dont on la recevoit, l'action de grâce qui ſuit, demonſtrent que de tout temps les fideles ont cru y recevoir, non un ſimple Symbole du corps & du Sang de Jeſus Chriſt, mais la réalité & la ſubſtance de ces dons divins. Nos Controverſiſtes ont mis ce point de fait & de doctrine dans un degré d'évidence auquel il n'eſt pas poſſible de ſe refuſer. Voyez Perpétuité de la foi, tom. 4, liv. 3, c. 1, & ſuivens. On ne concoit pas comment Bingham, mal-gré ſes préjugés anglicans, ne l'à pas ſenti en reportant les monumens de l'antiquité ſur ce point. Orig. Eccleſ. liv. 15, 3. Baſnage n'a pas été plus judicieux. De la maniere dont on communioit dans les premiers ſiecles, il prétend tirer des indvctions pour prouver que l'on ne croyoit pas alors la préſence réelle de Jeſus Chriſt dans l'Euchariſtie, ni la tranſubſtantiation. Il obſerve qu'on ne la recevoit pas toujours á jeun, qu'on la donnoit aux enfans immediatement aprés le baptême, & on croyoit que ces deux ſacremens leur étoient égalment neceſſaires. Les edultes la recevoient dans leurs mains, on leur permettoit de l'importer chez eux, quelquefois on la mettoit dans la bouche des morts, & on l'enterroit avec eux. Quelques Eveques la portoient dans des paniers d'oſier, & dans des coupes de bois ou de verre. Les Diacres non ſeulement la diſtribuoient, mais pouvoient la conſacrer; on n'en reſervoit rien pour les malades ni pour les mourans. La plupart de ces uſages, dit-il, feroient aujourd'hui regardés comme des crimes; ſans doute on en auroit jugè de même dans les premiers ſiecles, ſi l'on avoit eu pour lors la même idée de l'Eucariſtiæ que l'Egliſe Romaine s'en eſt formée dans la ſuite des ſiecles. Hiſt. de l'Egliſe l. 14, c. 9. Daillé avoit déja fait á peu prés les mêmes obſervations. Il nous paroît que les unes ne prouvent rien, & que les autres donnent lieu á des conſequences directément contreires a celles que tirent les Proteſtans. Il n'eſt pas étonant que pendant les perſécutions l'on ait été ſouvent obligé de célébrer les Saints Myſteres pendant la nuit, & que les fideles aient été dans l'impoſſibilité de communier á jeun; la diſpoſition que l'on a toujours jugé la plus neceſſaire pour cette action ſeinte eſt la pureté de l'âme, le cas de néceſſité abſolue peut diſpenſer des autres. On a loué Saint Exupere, Evêque de Toulouſe, de ce qu aprés avoir donné tout aux pauvres, il étoit réduit á porter l'Euchariſtie dans un panier d'oſier & dans une coupe de verre; s'enſuit-il de là que l'on faiſoit par-tout le même? C'étoit pendant l'irruption du Goths & des autres Barbares, les peuples étoient alors reduits á une miſere extrême; on loueroit encore une Evêque qui imiteroit Saint Exupere en pareil cas. Dans les pays où la profeſſion du Catholiciſme n'eſt pas ſouferte, les Prêtres font obligés de porter aux malades la communion dans leur poche, & ſans aucun appareil

nissemus ad eam actionem, qua populus particeps efficitur Corporis Christi (c).

§. II. Antequam Christianorum Ecclesiæ extruerentur, suisque singulæ Presbyteris instruerentur, qui Christiani erant, in Synagogis quidem sacrarum scripturarum lectioni, divinorumque oraculorum interpretationi intererant, at se se dein in cœnacula conferebant, ubi clam Judæos Apostoli, virique Apostolici, qui uni

---

pareil extérieur; on ne croit pas pour céa manquer de respect au Sacrement.

Les premiers Chrétiens, exposés tous les jours au martyre, emportient chez eux l'Eucharistie, afin de puiser dans la sainte communion le courage dont ils avoient besoin pour endurer les tourmens; preuve qu' ils ne pensoient pas comme les Protestans que cette action n' est que la figure du dernier souper de Jesus Christ, & que la communion faite en particulier n'est d'aucun mérite; les prétendus martyrs des Protestans n' out pas fait de même; parce qu' ils n' avoient pas sur l'Eucharistie la même croyance que les premiers fideles.

Si l' on avoit cru pour lors, comme les Protestans, que l'on ne participe au corps de Jesus Christ que par la foi, se feroit-on avisé de doner l' Eucharistie aux enfans incapables d'avoir cette foi? Nous n'entrerons pas dans la question de savoir, s'il est vrai que Saint Augustin, & d'autres Peres ont pensé que l' Eucharistie étoit aussi necessaire aux enfans que le baptême, & si la coutume de la leur donner étoit aussi générale que Basnage le prétend; quand cela seroit incontestable, il s' ensuivroit que la croyance de l'Eglise de ces temps-lá étoit fort différente de cette des Calvinistes, & que l'on ne pensoit pas comme eux que la foi seule fait toute l' efficacité des sacremens.

L'abus défendu par quelques Conciles de mettre l' Eucharistie dans la bouche des morts, auroit encore moins pu s' introduire, si l'on avoit été dans le même sentiment que les Protestans; mais cette défense ne prouve pas qua cet usage abusif ait été assez frequent, comme Basnage veut le persuader.

Comment peut-il soutenir que l' on ne réservoit pas l' Eucharistie pour les malades, & pour les mourans, pendant qu'il avoue que l' on permettoit aux pénitens de la recevoir á l'heure de la mort? N' étoit elle donc réservée que pour eux seuls? Voilá ce qu'il auroit fallu prouver.

Au mot Diacre, nous ferons voir qu' il est faux que les Diacres ajent le droit ou le pouvoir de consacrer l' Eucharistie.

Parmi les incrédules, les uns ont accusé les Catholiques de ne pas croire a leur religion puisque la communion produit sur eux si peu d'effet; les autres ont vomi contre le dogme de l'Eucharistie des sarcasmes grôssiers que l'hunêteté seule auroit dû leur interdire. Telle est l'injustice de nos censeurs; ils blâment également les Saints qu' une foi vive semble depouiller de toutes les affections terrestres, & les Chrétiens imparfaits qui n'ont pas le courage de vivre d' une maniere conforme á leur croyance. Que faudroit il pour les satisfaire? S' il est si difficile d' être vertueux, même quand on a la foi, le serons nous plus aisément lorsque nous ne croirons tien? Leur exemple n' est pas propre á nous le persuader.

(c) Duæ Missæ definitiones ex Concilio Tridentino colligi possunt, quæ cum idem significent, propterea non duæ, sed una tantummodo, censendæ sunt. Missa igitur est illud idem Sacrificium, quod a Christo in ara Crucis oblatum est, sola offerendi ratione diversum. Vel, Missa est Sacrificium Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & Vini, cum repræsentatione passionis illius institutum, & oblatum ab ipso in honorem Dei, & salutem totius Mundi.

uni adhuc Sacerdotio præditi erant, aris litabant, sacrisque operabantur, ac Sacrosanctæ Eucharistiæ fideles omnes participes faciebant. (Vid. Sup. qu. II, 5, 4.) Postquam vero Ecclesiæ fundatæ, singulisque Ecclesiis plures Presbyteri dati fuerunt, tunc in singulis Ecclesiis Eucharistia a pluribus iis Presbyteris (seniore primas agente, nisi aliquis Apostolorum, aut Discipulorum affuisset) simul una confici, res divina una voce fieri, Missæ Sacrificium uno ore concelebrari cœptum est. Sed de concelebratione plura alias. (Vid. infra qu. X, §. 4.)

§. III. Nunc quæramus quo ritu, quaque lingua primis illis temporibus Sacrosanctum Missæ Sacrificium peractum fuerit. Brevem alii (*d*), alii longam Sacrificandi rationem primævis Christianis tribuunt. Eruditissimus, & piissimus Cardinalis Bona Lib. I rerum liturgic. utrosque inter se conciliat. Existimat enim brevissimum fuisse Missæ celebrandæ ritum, ubi insidiæ, ac pericula Christianorum cervicibus impendebant; ubi autem tranquillitas aderat, atque securitas, ibi adhibitas esse lectiones sacras, preces, Cæremonias, ex quibus Fidelium pietas, atque amor exardesceret, tantique Sacrificii dignitas, ac majestas commendaretur. Ea autem lingua Apostolos in Sacrificio hoc celebrando usos fuisse existimarim, qua usus Christus fuit cum tantum Sacramentum instituit. Usum autem ad id fuisse lingua Syro-Caldaica (*e*) argumentari licet ex verbis

(d) Apostolos recitata oratione Dominica, & formula consecrationis rem divinam confecisse, scribunt Gregorius M. lib. 9 epist. 12 ad Joan. Syracus col. 940, tom. 2, edit. Maurin. Paris 1705, Honorius Augustodonensis in Gemma anim. cap. 86, in Biblioth. PP. Berno Augiensis Abbas lib. de quibusd. ad Miss. spectan. cap. I, cit. Biblioth. tom. 10, col. 697. Contra Proclus Constantinopolitanus de trad. divin. liturg. pag. 159, edit. Lugdun. Batavor 1617, fusissime, longoque verborum ambitu Missam decantasse tradit, atque eos preces, & hymnos adhibuisse testatur Chrysostomus Hom. 27 in I ad Cor. num. 5, Opp. tom. 10, col. 248, edit. indic. His, quæ inter se pugnare videntur, sententias conciliat Card. Bona loc. cit. cap. 5, §. 3, pag. 75, inquiens, brevem illam formulam Apostolos adhibuisse, cum gravis metus, aut justa alia urgeret causa; longiorem autem, cum per tempus, & occupationes licebat.

(e) Hebraicum idioma, quo usi sunt Apostoli rem divinam conficientes, non illud erat antiquum idioma, quo veteris testamenti Patriarchæ usi sunt, & quod Apostolorum ætate ne notum quidem vulgo Hebræorum erat. Nam eo temporis cursu, quo ipsi Babylone captivi fuerunt, Hebraici sermonis, quem a parentibus acceperant, oblivisci, & Chaldaicam linguam addiscere cœperunt, qua deinceps usi sunt, aliquid tamen retinentes ex patrio sermone, quem pridem adhibebant. Hinc orta est tertia lingua ex Hebraica antiqua, & Chaldaica mixta, quæ a regione Syriaca dicta est, quæque deinceps Hebræis vulgaris esse cœpit, & Hebraica vulgo appellata, tum quod commixtas habebat ex Hebraico sermone voces, tum quod eam Judæi usurpabant. Hac lingua Christus Dominus usus creditur, & eadem S. Matthæi evangelium, ac S. Pauli Apostoli Epistola ad Hebræos scripta traduntur. Atque hic est sermo Hebraicus, vel potius Syriacus, aut Syro-Chaldaicus, qui Christi, & Apostolorum ætate vernaculus erat sermo Hebræorum, & quo Apostoli rem divinam confecerant. Confer Petitdierum in differt. critic. in Sac. Scriptur. differt. 8, pag. 63, & Renaudotium differt. de Liturg. Orient. Origenem de antiq. cap. 6.

bis ab ipso prolatis Idioma purum Syro-Chaldaicum sonantibus: *Eli eli lamma sabactani*. Principio igitur vulgari Hebræorum lingua res divina fieri solita, nec ullæ aliæ linguæ adhibitæ ad cultum divinum, antequam Ethnici Christi fidem amplexi sunt. Sed postquam Christiana res magna Ethnicorum accessione augeri cœpit, qui Chaldaicarum, Syrarumque litterarum prorsus erant ignari, tum res divina Græco sermone adaucta fuit. Nec alius sermo potior visus fuit ad eam religionem, quæ omnium gentium, terrarumque orbem peragratura erat. Græca enim tum temporum ab omnibus fere gentibus intelligebatur, aliæ autem linguæ omnes, ne latina quidem excepta, (f) suis finibus exiguis sane continebantur. (Vid. sup. Libr. I, qu. XXII, § 6, 7, & infra qu. X, §. 6.)

§. IV. Vestes etiam, quæ in Missæ Sacrificio adhibitæ tum fuerant, nosse cupis? Illas ego a profanis, & communibus, si non forma, & nomine, re saltem diversas, atque distinctas fuisse pro certo affirmarim. Sciebant enim Apostoli, & a Sacerdotibus veteris legis ad Sacrificia Dei jussu adhibitas, & Sacerdotium Christi Sacerdotio veteris legis longe antestare; atque ideo consentaneum est credere, sicut illi in Mosaico, sic Apostolos in Sacerdotio Christi indumentis ad id compositis usos esse, ut etiam ex vestium haud communium apparatu tanti Mysterii excellentia, ac præstantia fidelibus innotesceret. Ejus generis creditur a nonnullis fuisse penula, (g) quam Troade apud Car-

(f) Marcus Tullius Cicero, qui quadraginta circiter annos ante Æram Christianam floruit, hæc habet in Orat. pro Arch. Poer. *Græca loquuntur in omnibus fere gentibus, latina suis finibus exiguis sane continentur*

(g) Paulus in II ad Timoth. IV, 13, memorat *penulam*, quam Troade reliquerat apud Carpum, a quo hospitio exceptus fuerat. Si vera esset sententia illorum, qui *penulam* interpretantur casulam, qua nunc sacerdotes utuntur, satis quidem ex hoc loco constaret, Apostolos rem Divinam conficientes sacra indumenta adhibuisse. Verum Guillelmus Estius *in coment ad D. Paul. epist.* penulæ nomine veteris testamenti libros comprehendi arbitratur. Contra Josephus Vicecomes *penulam* casulam esse putar. Baronius *ad an.* 58, *num.* 67, & 68, *tom. I, pag.* 514, *edit. Lucæ*, utramque sententiam in medium affert, atque integrum ea de re judicium cuique relinquit, *sed magis placet*, inquit, *ut volumen sacræ legis intelligi debeat*. Cardinal. Bona *loc. cit. lib.* 1, *cap.* 24, § 8, *tom.* 2, *pag.* 235, magis probare videtur sententiam Illorum, qui penulam vestimenri genus fuisse censent, idque etiam late ostendit Roberrus Sala *in not. num.* 1, *pag.* 237. Eadem est sententia Augustini Calmeri *in dict. histor. sac. scrip. verb. penula tom.* 2, & Filippi Bonaroti *in animadver. ad quæd. vitr. fragmen. figuris distinct. ex cœmeter. Roman. esfos. tab.* 16. *fig.* 2. Sed quævis de Apostoli penula verior opinio habeatur, illud profecto multo probabilius est, non solum viros Apostolicos, sed ipsos etiam Apostolos peculiares, atque a communibus distinctas adhibuisse vestes, cum rem divinam conficiebant. Consule Card. Bonam, *lib.* 1, *cap.* 5, § 2, & Salam *in not. num.* 1, *tom.* 1, *pag.* 70, & *seq. laud. edit.* Thomassinum *vet. & nov. Eccles. disciplin. part.* 1, *lib.* 2, *cap.* 45, Suessajum *Panopl. sacerd. par.* 1, *lib.* 6, *de casula cap.* 6, Benedictum XIV, *de Sacrific. Missæ sect.* 1, *c.* 38, & *Inst.* 21, *n.* 4, Georgium *de Liturg. Sum. Pon-tific.*

Carpum se reliquisse Paulus scribit ad Timotheum Ep. II, cap. IV, 13. Quamquam res tota confici potest præclare illa Divi Augustini regula, Lib. de Baptism. cap. 24: *Quod universa tenet Ecclesiâ, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur*. Ex hac enim necessario sequitur, Apostolicis temporibus sacra indumenta auferri non posse, nisi liqueat, a quo fuerint inducta. Hoc autem cum incompertum sit, efficitur, usum sacrarum vestium manasse ab Apostolis. Quod ita persuasum fuit Patribus Concilii Tridentini, ut affirmaverint, Ecclesiam in Sacrosancto Missæ Sacrificio adhibuisse *vestes, aliaque id genus multa ex Apostolica disciplina, & traditione*. Sess. 20, de Sacrif. Missæ cap. 5. (Vide Bened. XIV, Instit. XXI, § 4, 5, 6.)

§. V. Qua hebdomadis die (*h*) primi Christiani conventus suos agerent,

rific. lib. 1, cap. 3, num. 7, & cap. 5. Hæc autem sacra indumenta, præsertim post Constantinum, serica, atque auro, argentoque contexta, ut plurimum, fuisse observat Cardinalis Bona *lib. 1, cap. 24, § 1, tom. 1, pag. 211*, & antiquissimis quoque temporibus varii coloris erant, uti nunc sunt, quod late ostendit Robertus Sala *in not. ad illum Bonæ locum num. 3, p. 213*, ubi etiam refutatur Joannes Dallæus Calvinianus homo, qui illam in sacris vestibus colorum diversitatem *amænam quidem, sed antiquis Christianis ignotissimam esse* impudenter affirmat.

(h) Mamach. Costum. de primitiv. Cristiani Tom. III. Quanto al giorno, in cui si faceano le adunanze, e celebravansi le agapi, non vi ha, se pur non mi inganno, dubbio veruno, che fosse la Domenica, la quale era chiamata da nostri Antichi *prima del Sabbato*, e il primo giorno dopo il Sabbato, uniformandosi eglino all'uso degli Ebrei; o *giorno del Sole*, allorchè disputavano co' Gentili, acciocchè fossero intesi dagl' avversarj, che con un tal nome appellavano quel dì della settimana. E per verità, S. Giustino parlando del giorno, in cui i nostri si congregavano, lo che costa dal passo di sopra copiato, dice, che era il giorno del sole, il quale giorno era giorno di allegria pe' fedeli, essendo egli stato consecrato per la resurrezione del Redentore. „Noi, „ dice il Santo, conveniamo tutti insieme il „ dì del sole, perchè in quel giorno fu „ creato il mondo, e resuscitò il nostro „ Salvatore da morte " (*Apol. I, n. LXVII, p. 86.*) S. Ignazio Martire ancora, il quale visse ne' tempi di Plinio il Minore, esortando i Cristiani dell' Asia a vivere cristianamente, così scrive nell' Epistola a Magnesiani. (*n. VIII, seq. pag. 131.*) „ Non „ vi lasciate ingannare dagli eretici dogmi, „ ne' dalle antiche inutili favole. Imperciocchè se viviamo secondo il giudaismo, pa„ te, che confessiamo di non aver ricevuta „ la grazia. Poichè i santi Profeti vissero „ secondo Gesù Cristo. Laonde patirono „ delle persecuzioni, ispirati dalla grazia di „ esso, a fine di render certi coloro, che „ non ne erano persuasi, esser un Dio, il „ quale ha manifestato se stesso per Gesù „ Cristo suo Figliuolo, che è il Verbo e„ terno, non procedente dal silenzio, e che „ secondo tutte le cose piacque a chi lo „ mandò. Se dunque versati nelle antiche „ cose vennero alla novità della speranza, non „ più *sabbatizzando, ma vivendo secondo la „ Domenica, in cui è nata, la nostra vi„ ta per esso, e per la morte di lui* . . . „ per lo qual mistero abbiamo noi avuta la „ credenza, e sopportiamo, per esser rico„ nosciuti Discepoli di Gesù Cristo solo no„ stro Dottore, come potremo vivere sen„ za di lui medesimo? " Or chi non vede da questa maniera di parlare, quanto fosse a cuore a S. Ignazio il sollennizzamento della Domenica, e quanto procurasse egli di togliere dalle menti di Cristiani la festa del

rent, dictum a nobis est qu. IV, §. 2. Quibus vero diei horis hosce conventus, sacraque Mysteria celebrarent, certant eruditi. Alii noctu post cœnam, alii mane ante lucem Sacra fieri solitos fuisse contendunt. Utrosque ad concordiam facile adduces, si eos docueris, Christianos concubia nocte ad Ecclesiam convenisse, ibique (*i*) primum Agapas (*k*) celebrasse, tum divinas laudes persolvisse, exin prophetarum, sacrorumque

del Sabbato, per vie più allontanarli del Giudaismo? Era adunque appresso i fedeli in uso di mostrare allegrezza, e di far festa il giorno di Domenica, e non trovandosi altro tempo più a proposito per celebrare i conviti di dilezione, che quello dell' allegrezza, forza è che le agapi in quel giorno si celebrassero.

(i) Or per determinare in quai luoghi si tenessero le agapi, fa duopo osservare primieramente, ch' essendo stati consueti i primitivi Cristiani, i quali fiorivano ne' tempi de' Santi Apostoli, di congregarsi in una Casa, e quivi nel cenacolo spezzare il pane, e cibarsi del Corpo, e del Sangue del Redentore, nello stesso cenacolo facessero ancora la cena, che agape era chiamata, mentre a questo fine erano dagli Ebrei destinati i Cenacoli. E che nel cenacolo delle case da loro per tali funzioni prescelte, celebrassero eglino la santa Eucaristia, comprendesi evidentemente dagli Atti Apostolici, ne' quali leggiamo: ch' essendo giunto S. Paolo a Troade con alcuni altri, e coll' Evangelista S. Luca suo compagno di viaggio, dove dimorò sette giorni, una Domenica si adunarono tutti insieme in una casa per rompere il pane, cioè per prendere l' Eucaristico cibo, ed egli ragionò delle divine cose fino alla mezza notte, che nel *cenacolo* dove erano tutti congregati, erano molte Lampane, e un giovine per nome Eutichio, stando sul balcone, fu sorpreso da profondo sonno, e disgraziatamente cadè giù dal terzo appartamento, e rimase morto: e che Paolo essendo sceso lo risuscitò, e lo rendè vivo a' suoi, e dipoi risalì sopra, e spezzò il pane, e lo mangiò, e proseguì a ragionare fino alla mattina. (*cap.* XX, 7, *seqq.*) Se dunque nel cenacolo spezzavano i primi Cristiani il pane, non potrà certamente negarsi, che quivi ancora fossero soliti di fare la funzione delle agapi, poichè non poteano trovare altro luogo, il quale fosse più a proposito per le medesime.

(k) De Agapis plures egerunt, præsertim Protestantes. Eos enumerat Havercampius in Tertull. Apolog. cap. 31, & Fabricius Bibliografia antiquaria pag. 564. Satis erit Bohemerum appellasse Diss. de *coitionibus Christianorum ad capiendum cibum*, inter ejus dissertationes *Jur. Eccles. antiq. pag.* 223, *seqq.* Lips. 1711, Schurzfleischium in Diss. *de veteri Agaparum ritu* Wittemb. 1690, uti & *in controversiis, & quæstion. Antiquit. Ecclesiast. n. XXXI, pag.* 578, *seqq.* Walchium in Histor. Eccl. N. T. p. 419, 740, 1107, ac Binghamum T. VI, Lib. XV, cap. 7, §. 6, seqq. Neque tamen e nostris defuere, qui idem argumentum exquisita eruditione pertractarent. Nam præter Cabassutium in Diss. *de Agapis* in ejusdem *Notitiæ Eccles.* Lugd. 1680, pag. 32, Albaspinæum *observ. Eccles. Lib.* 1, *n.* 18, & Muratorium in disquisitione *de Agapis sublatis, Anedot. Græc. pag.* 241, *seqq.* consulere poteris Card. Baronium ad *an.* 57, *n.* 131, *seqq.* Card. Bonam lib. 1 *Rer. Liturg. cap.* 1, §. 4, Boldetrum *osserva. Cemet. T.* I, *pag.* 45 *seqq.* Bonarrotium *Observ. ad Vitra Cæm. pag.* 129, *seqq.* Casalium *de veteribus Sacr. Christian. ritib. cap.* 21, Chardon. *histoire des Sacrament. T.* II, *pag.* 199, Joh. Frontonem epist. *de philotesiis Veterum*, Greiserum *de funere Christiano Lib. V, cap.* 3, *seqq.* Mannhart. *de antiq. Christianor. n. LXXXI p.* 302, *seqq.* Sarnellium *Basilicographiæ cap.* 40, cum primis autem Mamachium *de' costumi de' primitivi Cristiani T.* III, *Lib.* 3, *cap.* 2, *pag.* 98, 211. Ubi de Agapis agitur, ea potissimum quæstio exoritur, fierentne hujusmodi convivia a Cri-

que librorum lectioni vacasse, postea sermoni, hortationibusque patientes aures commodasse, tandem inclinante jam nocte, sacrificium obtulisse, atque ad divinum convivium accessisse. Id autem ostendere potetis cum ex multis, tum præcipue ex Divo Luca Act. XX, 7, narrante, Paulum, cum Troadem venisset, in pervigilio diei Dominicæ introisse ad Ecclesiam Christianorum, ac dum Agapæ celebrantur, dum preces funduntur, dum sermo habetur, noctem pene abiisse, Solisque ortum prope adfuisse, cum ad Eucharisticas epulas ventum est. Ita non est, cur subirascamur Protestantibus ajentibus, Eucharistiam fuisse quodam quasi postcœnium, ac quamdam Agaparum veluti appendicem; (Vide Boehm. ad Plin. & Tertull. Diss. IV, pag. 243.) nec quidquam prohibet, quin etiam cum Catholicis fateamur, Eucharistiam mane, seu antelucano tempore confectam, & jejunis ministratam fuisse. (*l*) (Vid. Albaspin. Lib. 7 de antiq. Eccl. ritib.) Quid? Nonne nostris etiam temporibus, licet Agapæ sublatæ, & sermo ad populum in aliud tempus rejiciatur, tamen pervigilium Nata-

---

stianis suscepta jam Eucharistia, an ante Eucharistiæ sumptionem. Ac Mamachius quidem hac in quæstione Bohemerum præsertim refellere adgressus est. Vide tamen etiam Binghamum loc. cit. §, 7, & 8, ac Salam ad Card. Bonæ res Liturgicas loc. cit.

Prospero dell' Aquila-Bibia.. Agape, parola Greca, che significa *amore*, *o carità*. Si è dato questo nome ai pasti di carità, ch' erano in uso presso i Cristiani nella primitiva Chiesa, dove i ricchi mangiavano insieme coi poveri, a' quali facevano parte di ciò, che essi avevano portato per cenare. Questi pranzi si celebravano in memoria dell' ultima cena, che Gesùcristo fece co' suoi Apostoli, allorchè instituì la S. Eucaristia. I Giudei avevano certe Cene di divozione assai simili alle Agape. Ne' giorni delle grandi sollennità essi facevano de' festini alle loro famiglie, Parenti, ed Amici, e vi invitavano i Leviti, i poveri, e gli Orfanelli. Queste cene si facevano nel Tempio, e v' erano certe vittime ordinate dalla legge, che a tal effetto si dovevano porre a parte. *L' abuso pian piano sottenerò nelle suddette Agape, e si vide, che S. Paolo se ne lamenta nella prima Lettera, che ei scrisse a Corinti c. 11, v. 21.* Alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent?' *dimodochè fu necessario di proibirle. Si facevano queste cene particolarmente nei giorni della comunione generale, dove tutti i Cristiani si congregavano nelle Chiese: se ne facevano di sì fatte cene nelle Feste de' Martiri, nel giorno della nascita di qualche Principe, e nel Funerale. Questi erano pasti delle particolari persone, per somministrare alimento a' poveri. Questo costume si conserva ancora in certi luoghi. Tertulliano nel suo Apologetico, il Concilio di Laodicea, e di Cartagine, l' hanno proibiti, commettendosi in detti pasti molti disordini.*

(*l*) Augustinus ad Jannuar. Ep. 118. *Et liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus, & sanguinem Domini non eos accepisse jejunos. Numquid tamen propterea calumniandum est universæ Ecclesiæ, quod a jejunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui S. ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quam exteri cibi. Nam ideo per universum orbem mos iste servatur. Neque enim, quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cænati fratres ad illud Sacramentum accipiendum convenire debent, aut sicuti faciebant, quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis. ita misce-*

Natalis Dominici ad quartam usque vigiliam (*m*) producitur, & nil vetat, quin qui prima, aut secunda vigilia cœnati sunt, tertia, aut quarta vigilia jejuni habeantur, & sint?

§ VI. Hic locus postulat, ut nonnulla etiam de oblationibus dicamus. Harum natales latent in Ecclesiæ incunabulis, neque aliud earum initium reperiri potest. Hæ jam inde usque ab Ecclesiarum primordiis fiebant inter Missarum solemnia, parsque non ultima erant Sacrosancti Missæ Sacrificii. Nam dimissis Catechumenis, iisque omnibus, quibus communio interdicta erat, Fideles omnes sua munera offerebant ad Altare, ac Sacerdotum prece Deo dicabant. Si eam panis, vinique partem exceperis, quæ Eucharistiæ conficiendæ, ministrandæque necessaria erat, cætera omnia alendis Clericis, sacris ædibus reficiendis, ornandis apparandisque cedebant. Ex hoc fonte profluxerunt bona omnia Ecclesiastica; ac licet non omnes fundi, prædia, opesque, quæ in Ecclesiam confluxere, inter Missarum solemnia, intra Templa oblatæ sint, tamen cum ex eadem radice pullularint, atque ex eodem, ut ita dicam, semine exierint, eamdem naturam sibi induisse, eademque indole præditæ esse videntur. Non eodem sane ritu, ac more oblatæ sunt, sed eadem certe mente ac consilio, uti declarant eæ tabulæ, quæ olim ex altaris columnis suspendebantur, quæque fundos, agros, possessionesque Ecclesiæ donatas continebant (*n*). Ita fit, ut quot

---

miscere. Et paucis interjectis: *Et ideo non præcipit, quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, servaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper sumeretur, credo, quod eum morem nemo variasset: Cum vero ait Apostolus de hoc Sacramento loquens, Propter quod fratres, cum convenitis ad manducandum, invicem exspectate, si quis esurit, domi manducet, ut non ad judicium conveniatis: statim subtexuit: Cætera autem cum venero, ordinabo. Unde intelligi datur, quia multum erat, ut in Epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem universa per orbem servat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diversitate variatur.*

(m) Sanctus Cæsarius in Reg. ad Virg. *Natale Domini, & Epiphania, ab hora tertia noctis usque ad lucem vigilandum est.*

(n) Martene de antiq. Eccl. Rit. Lib. I, cap. IV, §. 6, Tom. I, pag. 139. Oblatio autem in Missa duplex erat, alia quæ a circumstantibus fiebat, & hæc iterum bipartita. Nam alia in usum sacrificii, alia in sacrorum ministrorum commodum offerebatur: quibus cum primis Ecclesiæ temporibus nulli essent fixi redditus, fideles omnia ad victum necessaria abunde suppeditabant. Ea porro in Ecclesia perinde ac materia sacrificii offerebatur: immo posteris sæculis quæcumque ecclesiis earumque ministris, aut monasteriis donabantur, eorum donationes per chartam ad altare deferebantur, cujus rei infinita exempla nobis exhibent chartæ Majoris monasterii, ut alias interim omittam. In supplicat. Wormat. Carolo Magno hæc habentur Lib. 6, cap. 285: *Scimus res Ecclesiæ Deo esse sacratas, scimus, eas esse oblationes fidelium, & pretia peccatorum; quapropter si quis eas ab ecclesiis, quibus a fidelibus collatæ Deoque Sacratæ sunt, auferet, procul dubio sacrilegium committit; cæcus enim est, qui ista non videt. Quisquis ergo nostrum suas res ecclesiæ tradit, Domino Deo illas offert, & dedicat, & non alteri; dicendo talia, & agendo ita facit;* Scri-

quot bona ecclesiæ donata, aut legata, tot hostiæ Deo mactatæ, immolatæque esse videantur. Jure igitur ac merito Carolus Magnus Lib. I Capit. Tit. 83, ac Justinianus Imperator l. 26, C. de SS. Eccl. bona Ecclesiarum appellarunt *vota Fidelium, pretia peccatorum, patrimonium Christi*. Verum de oblationibus pluries redibit sermo; illud modo te admonendum puto, oblata, quæ rei Divinæ supererant, in hoc primo Ecclesiarum statu, Diaconorum fidei credita fuisse, ab iis diligentissime custodita, & nonnisi ex Presbyterii sententia distributa. (Vid. infra qu. X, §. 5.)

QU. VII.

Scripturam coram altari aut supra tenet in manu, dicens ejusdem loci Sacerdotibus, atque custodibus: Offero Deo, atque dedico omnes res, quæ in hac chartula tenentur insertæ, pro remissione peccatorum meorum, ac parentum ac filiorum, aut pro quibuscumque illas libere voluerit, ad serviendum his Deo in Sacrificiis, missarumque solemniis, orationibus, luminariis, pauperum, ac clericorum alimoniis, & ceteris divinis cultibus, atque bujus Ecclesiæ faculeatibus. Si quis autem eas inde (quod fieri nullatenus credo) abstulerit, sub pœna sacrilegii ex hoc Domino Deo, cui eas offero, atque dedico, districtissimas reddat rationes. Integras literas supplices recitat Vorburg. tom. X Histor. p. 19, seq.

QU. VII.

Quinam fuit alter Canonicorum status?

§. I. Alter Canonicorum status incipit ab anno sexagesimo primo, quo decretum fuit, ut Presbyterorum unus cæteris præficeretur, qui Diœcesanus Episcopus dictus postea fuit, (Vid. sup. Lib. IV, Part. I, qu. VII.) & desinit circa finem sæculi III, cum Parœciæ condi cœperunt. (Vid. infr. Lib. VII.)

§. II. In secundo hoc Ecclesiarum statu in eam potestatem, quam antea potiebantur Presbyteria, ingressi sunt Presbyterorum Præfecti, scilicet ii, qui a nobis Diœcesani Episcopi nominantur. (Vid. supr. Lib. IV, Part. III, qu. VII, & qu. IX.) Non amplius igitur singuli Presbyteri ab sui Collegii nutu, sed ab Episcopi jussu pendebant, non amplius singuli singula mandata ab Presbyterorum Universitate, (Vid. supr. qu. III.) sed ab Episcopo recipiebant. Hinc illæ S. Ignatii voces: *Sine Episcopo nemo quidquam eorum faciat, quæ ad Ecclesiam pertinent. Nemini licet baptizare sine Episcopi jussu. Nulli licitum est Eucharistiam celebrare, absque venia Episcopi.* (Epist. ad Smyrn.) (*a*).

§. III. Quemadmodum vero antea Presbyterii scita irrita erant, nisi omnium, vel saltem plurimorum Presbyterorum sententia accessisset, ita etiam postea Episcopi jussa rata minime erant, quæ Presbyteri suffragio suo non comprobarant. (Vid. supr. Lib. IV, Part. III, qu. XI, §. 6, qu. XII, §. 5, qu. XIII, §. 3.) Verbo, Presbyteri uti singuli in hoc secundo statu ne tantillum quidem suo loco moti fuerunt, Presbyteri vero uti universi juribus suis exciderunt, Præsidisque imperium senserunt.

QU. VIII.

(a) Carolus Sebastian. Berard. J. E. U. Part. I, Diss. VI. Fuerunt jam temporibus Apostolorum Presbyteri infra Episcopos constituti Sacramenta Fideli populo administrantes suo ordini congruentia, & subsidium Episcopis in iis officiis, quæ hodie Parochi præstant. Sed quando adhuc tunc temporis in communi Presbyteri sub Episcopo gerebant, obsequentes, prout res inciderit, mandatis Episcoporum, nondum erectis sacris Ædibus secundariis, nec certis designatis sacrorum administris extra ordinem, prout certa causarum, aut personarum adjuncta postulabant, in ea loca a Cathedrali Ecclesia, auctoritate Episcoporum, mittebantur ad solaria plebium, ad Cathedralem Ecclesiam præstitis officiis sibi mandatis reverturi.



QU. VIII.

Quæ, quantaque Psalmodia in secundo Canonicorum statu?

§. I. Plinius Secundus, Bithiniæ Proconsul, jussus ab Trajano Imperatore quærere de criminibus Christianorum, rescripsit, se gravissimas quæstiones habuisse, nec aliud se certis auctoribus comperisse, quam illos *solitos esse stato die ante lucem convenire in eumdem locum, carmenque Christo quasi Deo secum invicem dicere*. Plin. Lib. X, Ep. 97. Hæc pauca Plinii verba plures nobis afferunt notitias antiquitatis.

§. II. Ac primo quidem intelligimus, sæculo secundo ineunte, Trajano rerum potiente, Christianos suas habuisse Ecclesias, in iisque, concursu undique facto, conceptis hymnis, & canticis laudes Deo persolvisse. Nam *carmen Deo dicere* apud Latinos idem sonabat, ac apud nos solemni precum formula Deum comprecari. *Carmen* enim vocarunt Romani (*a*) quidquid conceptis verbis diceretur. (Vid. Ciceron. pro L. Muræna n. 26, atque ipsum Plinium Secundum in Panegir. cap. 63, & 92.) Quot vero, quibusque canticis hymnisque constaret altero, & tertio Sæculo solemnis Christianorum psalmodia, difficile est statuere, cum in aliis Ecclesiis longior esset, in aliis brevior, prout illarum Ecclesiarum Episcopis visum erat, atque in una eademque Ecclesia modo major, modo minor, prout magis, vel minus persecutionis flamma furere, ac bacchari videbatur. Plurima enim difficillimis, ac turbulentissimis illis temporibus Episcoporum arbitrio, judicioque relinquebantur; unde Divinorum Officiorum, quæ etiam nunc

(a) Brisson. de Formulis pag. 97, edit. Francof. MDXCII, in 4. *In ea votorum nuncupatione, quæ a censoribus lustrum condentibus fiebat, invenio ante Scipionis ætatem* SOLEMNI CARMINE *deos oratos, ut populi Rom. res meliores amplioresque facerent*. Valer. Max. lib. IV. *Africanus quum Censor lustrum conderet, in quo solito sacrificio scriba ex publicis tabulis*, SOLEMNE EI PRECATIONIS CARMEN *præiret, quo dii immortales, ut populi Rom. res meliores facerent rogabantur*. Ibid. pag. 64. *Solemne fuisse aliquod* CARMEN PRECATIONIS, *quod in concionibus, quæ ad populum habebantur, magistratus præfari consueverant*. Livius Lib. XXXIX, docet his verbis: Ad hæc officia dimissis magistratibus, Consules in rostra ascenderunt, & concione advocata cum *Solemne Carmen Precationis*, quod præfari, priusquam populum alloquantur, Magistratus solent, peregisset, Consul ita cœpit: *Nulli unquam, quirites, tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc* SOLEMNIS DEORUM COMPRECATIO *fuit, quæ vos admoneret, hos esse Deos, quos colere, venerari, comprecarique Majores vestri instituissent*.

nunc extat varietas, atque diversitas orta est (b).

§. III. Illud etiam ex Plinii verbis discimus, Psalmodiam non singulis,

(b) Græci Psalterium dividunt in viginti quatuor stationes; ideo dictas, quia dum bini, & bini ad explendum officium accedunt, illis stantibus, cæteri sedent. Singulis Hebdomadis, plerumque Psalterium absolvunt, nec plures, nec pauciores, quam latini admittunt horas. At nocturnum officium peculiari ratione incipiunt ab istis versiculis: *Benedictus Deus noster nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen: Rex cælestis, consolator Spiritus veritatis, qui ubique es, & reples omnia, thesaurus, bonorum, & vitæ largitor, veni, & inhabita nos, & munda nos ab omni macula, & salva bene animas nostras.* Inde Trisagion recitant: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, Miserere nobis.* Tum dicunt ter: *Gloria Patri, Sanctissima Trinitas miserere nostri, Domine dele peccata nostra, Domine parce iniquitatibus nostris, Sancte visita, & medere infirmitatibus nostris propter nomen tuum. Kyrie eleison.* Hic ter: *Gloria Patri. Quoniam tuum est regnum, & virtus, & Gloria Patris, & Filii, & Spiritus Sancti nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Kyrie eleison.* Duodecies. *Gloria Patri. Venite adoremus, & procidamus coram ipso Domino Jesu Christo, & Deo nostro.* Hoc autem initium omnibus horis est commune, si dicantur separatim: si vero simul recitentur, illa officia, quæ adjunguntur, ab illis versiculis exordium sumunt: *Venite adoremus.* Matutinum vero viginti psalmis absolvunt, ipsi inserentes Trisagion, Troparia pro defunctis, & Litaniam magnam Sacerdotis: aliquando pro diversitate temporis Alleluja, Odaria, & semper glorificationem Beatæ Virginis Mariæ. Ad Laudes, quæ Matutino immediate junguntur, post dimissorium canunt: *Omnis Spiritus laudet Dominum: Gloria in excelsis* cum orationibus, Litaniis, & Tropariis. Ad primam quinque Psalmos recitant, Troparia, Trisagion, Cantacion, quod est brevissimus modulus, Kyrie eleison quadragesies, & orationes. Tertiæ, Sextæ, & Nonæ eumdem (si Psalmos, qui diversi sunt, excipias) sibi vindicant ordinem. Vesperæ complectuntur, præter Psalmos, prophetias, versiculos, Orationes, & Litanias. Completorium denique triplex est pro temporum diversitate, aliud nempe parvum, medium aliud, & magnum: generatim psalmos vel plures, vel pauciores habet cum *Gloria in excelsis*, orationibus, Odario, Tropariis, petitione veniæ, & absolutione, Apostolorum Symbolo, invocatione B. Virginis Mariæ, Angelorum, & Sanctorum, ac demum Manasse Regis Judæorum oratione. Qualibet autem Ecclesia, præcipue Patriarchalis, peculiare suum Typicon, sive officii librum habet. At celeberrimum omnium Typicorum, atque frequentissimum S. Sabbæ est, quod Canticum de Verbo Incarnato, octo beatitudines cum Tropariis, Epistolam & Evangelium, Contacia, precationes cum glorificatione Sanctissimæ Trinitatis, Symbolum Apostolorum, & Orationem Dominicam continet. Certum tamen est, diversas Consuetudines, quæ variis Typicis locum dedere, adeo esse modici momenti, ut varietatem potius Monasticarum Constitutionem, quam Sacrorum Rituum referant. Habent insuper Græci Martyrologio nostro respondens: *Menologium*, quod Sanctorum nomina, atque epistolam pro singulis diebus suppeditat: alius præterea liber lectiones e Veteri Testamento excerptas continet, quem ipsi *Librum Officii Ecclesiastici* vocant. *Menæa* Sanctorum officium, eorumque hymnos in singulos anni dies exhibent, verum plura, & insulsa, & falsa obtrudunt, quæ non penitus litterarum rudes primo intuitu animadvertunt. *Triodion* officia continet, quæ post Septuagesimam usque ad Pascha, *Pentecostarium*, quæ a Paschate ad Pentecosten cantantur. *Horologium* liber est, qui diei officium refert, nostroque respondet Diurno. *Anthologia* collectio dicitur plurium Domini nostri, Virginis, Sanctorumque officiorum, sed nihil habet, quod in Menæis, ceterisque Ecclesiasticis libris non occurrat. Porro Græ-

gulis, sed *statis* tantum diebus habitam in Ecclesiis fuisse. Qui vero fuerint *stati* ii dies docemur a S. Justino: (an. 140.) *Solis, qui dicitur die omnium*,

Græci ritus nullibi exactius observantur, quam in Monte Sancto, quem Geographi *Athon* vocant. Quamquam enim antiquissimi sint, & a Sanctis Patribus Sabba, Charitone, Euthymio, aliisque sapientissime ordinati, temporis tamen successu multa additamenta, multasque mutationes subiere, unde factum est, ut Græcanica officia in ingentem molem excreverint.

Armeni Officium in octo dividunt partes: in mediam noctem seu Officium nocturnum: in diluculum, sive Laudes: in ortum Solis, idest Primam: in Tertiam, Sextam, & Nonam horas: in Vesperas, & in Completorium. Nocturnum officium incipit ab Oratione Dominica. Tum dicunt ter: Domine labia mea aperies . . . . *Benedicta sit consubstantialis, unica, & individua Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen*. Sequuntur Psalmi, in quorum fine dicitur: *Gloria Patri*. Tum Oratio, quæ sic inchoatur: *Excitati a quiete somni, quem nobis concessit amator hominum Deus in subsidium fragilitatis nostræ, gratias agamus illi*. Post orationem legitur Concio, sive pareneſis, qua lecta, psallunt quinquagesies: *Domine miserere*; & in diebus jejuniorum centies magna, & alta voce; diebus autem Festivis ter tantum. Mox unus dicit Orationem: *Gratias agimus tibi Domine Deus noster* . . . . Cantant deinde hymnos, sive cantica quædam vario metrorum genere composita. Diebus vero Dominicis legunt Evangelium, quod sequuntur precationes: *Intercessione Sanctæ Dei Genitricis*, S. Joannis Baptistæ, & Sancti illius, cujus Festivitas agitur. Tum leguntur quatuor Conciones, sive Sermones exhortatorii, diversi pro temporum diversitate, & post singulas canunt orationes diverso tono. Sequitur hymnus incipiens: *Rex sæculorum*. Tum alius hymnus singulis feriis diversus. Mox alia deprecatio, lectio Menulogii cum oratione Dominica.

Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium inchoantur ab oratione Dominica; at multa ritui Græcorum simillima continent, uti Odas, hymnum in laudem B. Virginis Mariæ, Sermones, seu Conciones, Trisagion, Evangelium die Dominica, Symbolum Apostolorum, & lectionem ex Prophetis: multa vero dissimillima, si psalmorum diversitatem, precum ordinem, & numerum penitus introspexeris. Completorium autem duplex est; alterum in Ecclesia immediate post Vesperas in ipso occasu Solis: alterum a singulis privatim recitatum initio noctis post refectionem in fine crepusculorum, quo peracto, nefas est quidquam cibi, vel potus capere, aut cum aliquo colloqui. Ii tamen ritus neutiquam adscribendi sunt Majoris Armeniæ parvæ cuidam Provinciæ, quæ dicitur Nascivanensis decem circiter oppida habens, in quorum Majori Abraner residet Episcopus Catholicus. Hæc enim, cum ad veram, & catholicam fidem conversa fuerit tempore Joannis XXII Romani Pontificis a B. Bartholomæo Bononiensi Ordinis Prædicatorum illarum partium Episcopo, & extent in ea aliquor ejusdem Ordinis Monasteria, in quibus Divinum persolvitur Officium lingua Armena, consuetudini Fratrum Prædicatorum, quam sequuntur etiam Presbyteri sæculares, morem gerit. Maronitæ Psalterium nec per hebdomadam, nec per totum annum recitant, sed quosdam psalmos semper eosdem singulis horis dicunt, quo quidem ritu plurimum a Græcis, & Armenis distant. In principio, & fine cujuscumque Officii, quod in septem horas Canonicas dividunt, nunquam prætermittunt Trisagion, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, & Apostolicum Symbolum. Semper cum Hymno recitant aliquem psalmum, vel aliquod Canticum, vel aliquas invocationes, in tres partes sibi succedentes utrumque partientes. Nocturnum, seu hora mediæ noctis sexdecim habet orationes, Cantica undecim, sex Hymnos, duos psalmos, Responsorium unum, & alias invocationes: Matutinum undecim Ora-

omnium, qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eumdem locum fit conventus . . . *SOLIS AUTEM DIE communiter omnes conventum agunt, quando-*

Orationes, septem Hymnos, sex Cantica, quatuor Psalmos, & unum Responsorium. Tertia, Sexta, & Nona continent quinque Orationes, & tria Cantica, sive duo Cantica, & unum psalmum. Vesperæ orationes septem, & duos Hymnos, quatuor Cantica, quatuor Psalmos, & unum Responsorium. Completorium denique orationibus constat quinque, & tribus psalmis, duobus Hymnis, & duobus Canticis.

Illyrici seu Sclavoni vel Græcum, vel Latinum sequuntur ritum; namque in Dalmatia Littorali, in Liburnia, & in Istria omnes Ecclesiastici tam sæculares, quam Regulares Romano ritu psallunt, habentque Breviarium Romanum Illyrica lingua impressum. In cæteris autem Regionibus, videlicet in Servia, Mysia, Bosnia, Bulgaria, Russia Minori Regi Poloniæ subdita, in Volshinia, Podolia, & parte quadam Lituaniæ, aliisque finitimis Provinciis ritu Græco Divinum peragitur Officium, translatis Græcorum Typicis in Sclavonicam linguam. Eosdem Græcos ritus eâdem lingua servant Moscovitæ, quorum Regio Russia major, seu Roxalania nuncupatur, & quicumque parent Moscovitici Ducis amplissimo Imperio: Christiani quoque Tartari circa Tauricam Chersonesum, Circassi, & multæ Ponticæ nationes.

Æthyopes, seu Abassani Officium in septem horas Canonicas partiuntur, illudque lingua Æthyopica, quæ tamen a populari diversa est, exsolvunt. Horum Ritus Coptorum ritibus similes esse Kirker asserit in suo Prodromo Cophto: & Cardinalis Bona a duobus Presbyteris Æthyopibus, qui in Ecclesia S. Stephani, quam Æthyopes Romæ habent, degebant, non semel sciscitatus, qui Ecclesiæ suæ essent ritus, hæc accepit: *Omnia officia incipimus ab Oratione Dominica, & Angelica Salutatione: initio nocturnæ precis recitamus psalmum*, VENITE EXULTEMUS. *Legimus prolixe Sacras Scripturas, scripta vero Sanctorum Patrum nunquam, nisi in hebdomada Sancta. Singulas horas ex duodecim psalmis componimus, quorum unus semper est psalmus* 50 *MISERERE*. *In Monasteriis*, quæ magnam Monachorum multitudinem continent, integrum ante prandium percurritur psalterium brevissimi temporis spatio, divisis per singulos Monachos psalmis, sive psalmorum sectionibus, cum longiores sunt.

Cæteri Orientales, uti Albanenses inter Mare Caspium, & Pontum Euxinum siti, Armenum ritum sequuntur in propriam linguam translatum: Græcum Colchi, nunc Mengrellenses, & Iberi, sive Georgiani, suo tamen quisque idiomate. Hi circa Divinum Officium in eo sunt errore, ut non omnes Ecclesiastici illud recitare teneantur, sed unus tantum, vel duo, cæteris adstantibus, & minime attendentibus. Chaldæis & Syris Maronitarum mos proprius, verum hæretici Nestoriani, & Jacobitæ plerique sunt. Qui vero in Perside, & India Orientali S. Joannis Baptistæ Christianos se nuncupant, ii nullum officium recitant. Tandem qui in Indiis item Orientalibus Christiani S. Thomæ dicuntur, cum olim Archiepiscopos ex Armenia habuerint, qui lingua Syriaca Divina Officia ritu Armeno celebrabant, eidem etiam nunc obsequuntur.

Ab Oriente, e quo vera nobis effulsit lux, ad Occidentem, qui suos etiam peculiares sibi vindicat mores, Orationem revocemus. In hoc autem Tractatu nemo inficias ibit, Sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam, Matrem, & Firmamentum veritatis, Ecclesiasticæ disciplinæ Magistram, primum jure, meritoque sibi locum asserere, cum potestatis eminentia super omnes excellens, ab Ipso Christo primatum acceperit. Romani itaque Breviarii historiam ab origine repetentes statuimus, illud nihil aliud ab initio fuisse, quam psalmorum distributionem. Quare viget ad hæc tempora prisca ejus inscriptio: *Psalterium ordine dispositum*; sequiore enim tantum ævo Pontificii Sacelli Breviarium appellatum fuit, *Breviarium Curiæ Romanæ*; aut quemadmodum

siquidem is primus dies est, quo Deus mundum effecit, & Jesus Christus Servator noster eo die a mortuis resurrexit. Apol. II. Sunt qui volunt etiam.

modum Guigonius Cardinalis suum inscripsit: *Breviarium ad usum, & ritum Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ*: aut, quo modo a S. Pio V fuit nuncupatum: *Breviarium Romanum*. Psalterium igitur essentialis erat officii pars; huic autem Oratio Dominica, & Apostolorum Symbolum fuere superaddita, quæ publicæ erant Cleri, & Fidelium preces. Hinc Canone 1 Concilii Toletani VII cautum fuit, ne ad Sacros Ordines admitterentur, qui Psalterium, & Cantica ignorarent: & S. Gregorius lib. 4, Epist. 4, 5, quemdam, quod Psalterium memoria non teneret, ordinare noluit Episcopum. Quamquam enim Officiorum Ecclesiasticorum Scriptores una voce afferant, S. Hieronymum, petente Damaso Summo Pontifice, Psalterium in singulos Hebdomadæ dies; Scripturæ vero Sacræ libros, ut in totum anni circulum legerentur, distribuisse; nihil tamen sublestius introspicitur, quam eorum fundamentum, quod ex Epistola Damasi ad Hieronymum, & hujus ad eamdem responsione depromitur. Consentiunt siquidem Critici omnes, eas literas, licet in Conciliis relatas, & supposititias esse, & falsum obtrudere. Nam prior affirmat, Hieronymum ab Alexandro fuisse ordinatum Sacerdotem, cum tamen, omni procul dubio a Paulino manuum impositionem susceperit. Altera vero Hieronymum exhibet a Damaso petentem, ut ad finem Psalmorum *Gloria Patri* caneretur, quemadmodum statuerat Concilium Nicænum, & in more positum erat totius Orientis. Porro, teste Cassiano lib. 2 de Instit. Cœnob. cap. 8, Oriens illam consuetudinem nondum admiserat: *Quod in hac Provincia vidimus, ut in clausula psalmi concinant Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, nusquam per Orientem audivimus*. Accedit eas litteras stylo Damasi, & Hieronymi dissimillimo esse conscriptas. Quocirca graviter decepti sunt Valfridus Strabo, & Durandus opinantes, Theodosio Imperatore conquerente, quod precum diversitas confusionem in Ecclesia pareret, atque hæreti-ci Catholicorum officia ludibrio haberent, Damasum Summum Pontificem S. Hieronymo mandasse, ut psalmorum in diei, & noctis horas distributionem institueret pro Dominicis, cæterisque hebdomadæ diebus, atque ita Hieronymum iis quæ ex Vetere, Novoque Testamento legenda erant, digestis Epitomen quamdam precum composuisse *Lectionarium Hieronymi* dictam, cui subinde Damasus calculum suum addidit, & per universam Ecclesiam recitari jussit. Namque silet omnino priscorum sæculorum historia, S. Hieronymum officium digessisse, aut Lectionarium, quod illi adscribitur, confecisse; nec illud Hieronymi esse evincit Cardinalis Bona, cum lib. 2 rer. Liturg. cap. 6, suæ assertionis patronos, recentiores tantummodo Scriptores in medium profert. Præterea licet vetus mos quarundam Ecclesiarum esset Divinam Scripturam post Psalmodiam legendi, uti ex Concilio Laodiceno superius adnotavimus, non liquet tamen an Damasi ævo consuetudo illa Romæ fuerit illico recepta: quin neque constat an Hieronymo hortante, Damasus psalmorum distributionem *ratam* habuerit. Et sane, si Hieronymus Lectiones officio inseruisset, hæ Evangeliis, & Epistolis dumtaxat ad Missarum usum per anni circulum constitissent, adeoque nulla fuisset ratio, cur Lectionarium Hieronymi, Comes Hieronymi, Liber Comes, Liber Comitis, quod Ecclesiastici viri illud præ manibus semper habere deberent, appellari debuisset. Non inficiamur tamen S. Hieronymum Damaso Summo Pontifici quasdam litteris suis Ecclesiæ Hierosolymitanæ consuetudines delineasse, quas hic in Ecclesiam Romanam mox invexit. Id enim affirmat S. Gregorius lib. 7, epist. 63, cum respondens conquerentibus, quod post tempus Paschale in Ecclesia Romana caneretur *Alleluja*, ait, Ecclesiam suam hujusmodi exemplum a Hierosolymitana accepisse, quæ post Pentecosten Alleluja decantabat, & ritum hunc in Romanam Ecclesiam intulisse Damasum Pontificem Maximum, cum certior a S. Hieronymo fa-

ctus.

etiam septimam Hebdomadis diem Judæis ad Christi fidem conversis sacram fuisse. Velint id quidem per me licet, dummodo tamen mihi dent (e),

ctus esset, eum Hierosolymis servari: *Damasus Papa id moris juxta Hierosolymitanæ Ecclesiæ consuetudinem a S. Hieronymo propositam Romæ, ut servaretur, Auctor fuit*. Verum qua in Epistola, & quos alios usus Damaso assumendos proposuerit Hieronymus, neque nobis statuere licet, neque Scriptor ullus hactenus indicavit. Si vero ad ipsum S. Hieronymum provocaverimus, planum, perspectumque erit, ævo suo Officium Divinum solo Psalterio fuisse compositum. Agens enim in Epitaphio S. Paulæ de Monasterio, quod Hierosolymis erexerat, ac de Sanctimonialium in eo degentium exercitiis ait: *Mane, hora Tertia, Sexta, Nona, Vespere, noctis medio per ordinem psalterium cantabant, nec licebat cuiquam Sororum ignorare psalmos, & non de Scripturis aliquid quotidie discere; die tantum Dominico ad Ecclesiam procedebant*. Romæ itaque antiquitus nullæ in Officio erant Lectiones, aut Hymni, aut Collectæ. Quare universi Officiorum libri a S. Gregorio, ejusque Successoribus in Gallias, alioque missi, præter Missalia, nihil aliud complectebantur, quam Psalmorum, Antiphonarum, & Responsoriorum cantum, qui proinde Antiphonarii, aut Psalterii nomine insigniebantur. Simile Breviarium S. Augustinus Angliæ Episcopus secum eam in Insulam tulit: nec dubium est, quin ante Vigilii Summi Pontificis tempora, occurrente quacumque solemnitate, Divinum Officium eodem semper modo citra Lectiones, Hymnos, & Collectas celebraretur, cum ipse de se testetur ad Profuturum Bracharensem Episcopum: *Quoties vero Paschalis . . . Sanctorumque Dei fuerit agenda solemnitas, singula capitula diebus apta subjungimus*. Hinc Theodemarus Montis Cassini Abbas epistola ad Carolum Magnum scripta apud Paulum Diaconum, circa dubitationem iis temporibus exortam, cur S. Benedictus nollas lectiones per æstatem nocturno Officio præscripsisset, asserit, ante S. Gregorium Pontificem Maximum nullas lectiones Romæ recitari consuevisse: *In Ecclesia Romana Sacras Scripturas legi mos non fuit ante B. Gregorii Papæ ævum*. Quocirca haud incongrue cum Valafrido Strabone statui potest, Officii Romani originem a S. Petro esse repetendam; Romanos vero Pontifices subinde quæ e re sibi visa essent, iis, quæ a S. Petro acceperant, adjecisse. Damasus quidem, referente S. Gregorio, quosdam Græcorum mores Officio Divino superaddidit: Cœlestinus, si fides quibusdam Scriptoribus sit habenda, orationes solemnes, quas ab Apostolorum traditione acceptas profitetur in Epistola ad Episcopos Galliarum: S. Leo Evangelia propria solemnium dierum, festorumque Martyribus sacrorum: Vigilius capitula diebus apta. At præ omnibus decessoribus suis S. Gregorius Divino Officio allaboravit: quippe qui operam suam impenderit Libris Officiorum a Gelasio compositis, eosque in unicum volumen contraxerit, quod Sacramentarium suo nomine inscriptum fertur. Officium nempe a Gelasio plus æquo productum, ad breviorem formam redegit: Antiphonarium, omnesque Libros ad officium, & mysteriorum celebrationem spectantes instituit. Tandem S. Gregorius VII Officio supremam manum imposuit; cum enim ipsius ævo multo prolixius esset Officium, quo nunc utimur (legebantur quippe per anni cursum omnes fere Novi, Veterisque Testamenti libri: Psalterium universum per hebdomadam recitabatur, idque Festorum occursu minime interturbabatur, horis singulis preces multæ addebantur, quæ hodie jejunii dumtaxat diebus, atque plurimum contractæ recitantur; adeo ut Breviarium Epitome tantum sit majoris illius Officii) ideo Summus ille Pontifex multa resecuit, expunxit, ac secundam Romani Breviarii contractionem præstitit. Verum sæculo decimo tertio longe multo brevius confectum fuit. Qua ratione autem id contigerit, refert lib. de Canonum observantia Radulfus Tungrensis. Duplex videlicet olim in Urbe erat modus Divini Officii; alter brevior, quo Romana Cu-

Curia, five Capella Pontificia utebatur, alter prolixior pro cæteris Ecclesiis Urbis, qui proprie *Ritus Romanus* dicebatur; unde ortum est discrimen in antiquis Codicibus sæpe occurrens Officiorum ad usum Curiæ, & ad usum Ecclesiæ Romanæ. Officium autem Curiæ contractum erat, & mutationibus obnoxium ob varias, & continuas occupationes Summi Pontificis, & Cardinalium, aliorumque Prælatorum, qui ei in Sacello diu, noctuque interesse solebant. Cum vero S. Franciscus Assisiensis Sodalibus suis mandasset, ut Divinum Officium juxta Romanum Ritum peragerent: *Secundum ordinem Ecclesiæ Romanæ*: ii falso existimantes Ecclesiæ Romanæ morem illum esse, qui in Pontificis sacello servabatur, ac præterea Missionibus obeundis occupati, contractum Breviarium, quod in illo usurpabatur, suscepere; præcipue quod ab eo aliquid demere Apostolicis Missionariis concessum fuisset. Verum ubi istud Breviarium pessime digestum comperisset Naymo Franciscanorum Generalis, in id incubuit, *Officiumque Romanum* dictum ad eum ferme statum, qui hodie viget, perduxit. Hanc Breviarii novam formam calculo suo confirmavit Gregorius IX. Nicolaus vero III mandavit, ut in posterum in singulis Romanæ Urbis Ecclesiis adhiberetur; eaque de causa antiqua omnia Antiphonaria, Lectionaria, Gradualia, aliosque cantus libros e medio tolli jussit. *Sciendum est*, prosequitur idem Radulfus, *quod Nicolaus Papa III fecit in Ecclesiis Urbis amoveri Antiphonarios, Gradualia, Missalia, & alios libros Officii antiquos quinquaginta, & mandavit, ut de cætero Ecclesiæ Urbis uterentur libris, & Breviariis Fratrum Minorum: unde hodie in Roma omnes libri sunt novi, & Franciscani*. Universæ nimirum Urbis Ecclesiæ Nicolai III mandato paruere, atque ita Fratrum Minorum Breviarium, quo nomine a Radulfo appellatur, assumpsere. Sola tamen Ecclesia S. Petri ad hæc usque tempora aliquam saltem veteris Officii sui partem retinet, quod proinde ab Officio *Romano* multum differt. Quapropter haud facile intelligitur querelæ fundamentum, quam Abailardus multo ante hoc sæculum ad B. Bernardum perferebat, scribens epist. 5: *Antiquam Romanæ Sedis consuetudinem nec ipsa civitas tenet, sed sola Ecclesia Lateranensis, quæ mater est omnium, antiquum tenet Officium, nulla filiarum suarum in hoc eam sequente, nec ipsa etiam Romani Palatii Basilica*. Enim vero Sacellum Pontificium, sive, ut loquitur Abailardus, Palatii Basilicam, *Officium breviatum Curiæ Romanæ* usurpasse, ex præmissis omnino liquet; at quæ fuerit Abailardi ævo in cæteris Urbis Ecclesiis diversitas a Lateranensi, prorsus est incompertum. Missa itaque illa indagine, Breviarium a Fratribus Minoribus contractum, brevius adhuc redditum fuit a Francisco Guignonio Cardinali S. Crucis, cui demandata fuit hæc provincia a Clemente VII Pontifice Maximo. Inscripsit autem illud, *Breviarium Romanum, ex Sacra potissimum Scriptura, & probatis Sanctorum historiis*; Pauloque III dicavit, qui id ipsum confirmavit. Perlegebantur in eo Psalterium singulis hebdomadis, singulis vero annis universa Scriptura: tres dumtaxat psalmi singulis diei, noctisque horis recitabantur; ad Matutinum autem lectiones tres, quæ in dies mutabantur. Verum cum plurimi illud reciperent, atque ita Franciscanorum Breviarium penitus corrueret, Pius II novum Breviarium elaborari curavit, Guignoniani vero usum interdixit. *Plurimi*, inquit, *specie officii commodioris allecti, ad novitatem novi Breviarii a Francisco Guignonio Cardinali compositi confugerunt. Quare auctoritate præsentium tollimus, & abolemus Breviarium Romanum a prædicto Cardinali editum*. Asserit tamen idem Cardinalis, operam sibi a Clemente VII fuisse delegatam Breviarium Romanum *in ampliorem Sacrarum Scripturarum lectionem, ad veterem Sanctorum Patrum, & Conciliorum antiquorum formam revocandi*. Ut vero ejusdem Breviarii hodie dum fere impervii planius innotescat forma, haud incongrue animadvertendum, ipsum tam uno volumine conclusum, quam in quatuor distributum, fuisse typis multoties excusum, quale in celeberrimis Bibliothecis prostat: præ-

præterea horas separatim in lucem editas, cujus speciei unum, quod apud nos est deprehendere fuit concessum; ipsa autem Breviaria, atque diurnas Horas tritas fuisse, & in usum ad recitationem adhibitas evincunt marginibus impressæ ab evolventibus digitis maculæ. Posterioribus tandem temporibus Pius IV a Patribus Tridentinis petiit, ut Breviarium reformarent, atque eadem esset in universa Ecclesia Officii peragendi ratio, & S. Pius V tunc institutam reformationem præstitit, ac ratam esse jussit; inhibuitque, ne quidquam adderetur, vel immutaretur. *Nihil in eo mutandum, addendum, & detrahendum. At cum*, ait Clemens VIII, *nulla jam reperiantur Breviaria, quæ a prima editione ejusdem Pii* (Quinti videlicet) *in multis non discrepent, neque dissentiant, & aliqua recognitione indigeant, mandavimus, nonnullis piis, & eruditis viris, ut idem Breviarium, nova adhibita diligentia, accuratius inspicerent, atque examinarent, & ea quæ depravata esse, & recognitione indigere animadverterent, pro sua doctrina, & pietate restituerent*. Urbanus VIII subinde Breviarium denuo reformavit; Hymnos emendari curavit, facultatem tamen concedens veteres recitandi, unde duo veluti Breviarii genera constituit, novos videlicet, & veteres Hymnos habentia: quartam Antiphonam in Laudibus Purificationis *Revertere* sustulit, ejusque loco *Lumen*, substituit. In lectione S. Fabiani historia Novatianorum Apostatas ad Pœnitentiam non admittentium resecata fuit: quinta Dominica post Epiphaniam, S. Ambrosii in Epistolas S. Pauli expositioni suffectus S. Augustini Sermo: in feria vero quarta temporum S. Augustini cum S. Ambrosii homilia commutata: Quadragesimæ plures lectiones communi Sanctorum additæ. Quo itaque hodie utimur, Breviarium trium Pontificum nomina præfert; Pii V, Clementis VIII, & Urbani VIII: *Pii V, Pontif. Max. jussu editum, & Clementis VIII primum, nunc denuo Urbani PP. VIII auctoritate recognitum*.

Romani autem Psalterium per hebdomadam sic distribuunt: die Dominica ad Nocturnos duodeviginti concinunt psalmos, reliquis diebus duodecim. Ad Laudes semper dicunt quatuor Psalmos, & unum canticum ex Veteri Testamento: Ad Primam diebus festis, & Sabbato recitantur tres psalmi; ceteris diebus quartus adjungitur: ad Tertiam, Sextam, & Nonam semper iidem tres psalmi repeti solent; ad Vesperas quinque pro diei diversitate; ad Completorium quotidie iidem recurrunt psalmi numero quatuor, si trigesimus absolveretur.

Series vero Officii hæc est: in Nocturnis dicitur secreto, *Pater*, *Ave*, *& Credo*, dein clara voce, *Domine labia mea aperies*, *Gloria Patri*. Sequitur Invitatorium cum Psalmo *Venite exultemus*, & repetito Invitatorio recitatur Hymnus. Diebus Dominicis in primo Nocturno duodecim psalmos cum tribus Antiphonis psallunt Romani per ternas divisiones quatuor Psalmorum. Post Antiphonam ultimi psalmi dicunt versum, orationem Dominicam, tum absolutionem, & tres lectiones, cum tribus Responsoriis, præmissa singulis lectionibus benedictione. In secundo, & tertio Nocturno recitant tres Psalmos cum suis Antiphonis, totidemque lectiones, ac Responsoria modo prædicto. Tertio cuique Responsorio addunt glorificationem Sanctissimæ Trinitatis. Post Nonam lectionem agunt solemnem gratiarum actionem per Canticum *Te Deum laudamus*. In Nocturno autem feriali duodecim psalmos cum sex Antiphonis persolvunt, post quos tres lectiones sequuntur ritu supra scripto, & si dicendum sit Canticum *Te Deum laudamus*, omittitur ultimum Responsorium. In Nocturnis Festivitatum eodem, quo in diei Dominicæ Nocturnis, procedunt modo, nisi quod in primo tres tantum psalmi cum suis Antiphonis recitantur, totidemque in secundo, & tertio.

Laudes inchoantur a versu *Deus in adjutorium*, quem sequuntur psalmi cum suis Antiphonis, Capitulum, Hymnus, Versus, Canticum cum Antiphona: deinde preces, ubi dicendæ sunt, salutatio, Collecta, Commemorationes si occurrant, ac demum Antiphona de Beata Virgine. Prima peragitur incipiendo a *Pater*, *Ave*, *Credo*, *& Deus in adjutorium*. Tunc veniunt Hymnus,

nus, & Pſalmi cum unica Antiphona, quibus die Dominica additur Symbolum S. Athanaſii, Capitulum, Reſponſorium breve, verſus, preces, confeſſio, oratio, ac denique lectio Martyrologii. Tertia, Sexta, & Nona eodem modo perſolvuntur: Dominica videlicet oratione, & ſalutatione Angelica, Divini adjutorii imploratione, Hymno, Pſalmis, Antiphona, Capitulo, Reſponſorio, Verſu, & Collecta. Veſpere cum laudibus conveniunt; Completorium autem a brevi lectione incipit, quam oratio Dominica, Confeſſio, *Converte nos Deus*, *Deus in adjutorium*, Pſalmi cum Antiphona, Hymnus, Capitulum, Reſponſorium, Verſus, Canticum, Preces, Oratio, Benedictio, Antiphona B. Virginis cum oratione, ac tandem *Pater*, Ave & Credo ſubſequuntur.

Hunc tamen ritum, licet a prima ſede ordinatum, haudquaquam. ſibi impoſuere ipſiuſmet Occidentis Eccleſiæ, quæ pleræque peculiarem ſibi afferunt. Quare priuſquam ex Italia pedem extrahamus, de Mediolanenſi Breviario tractatio eſt inſtituenda. Mediolanenſis autem Eccleſiæ Ritus a S. Ambroſio ejus Civitatis Archiepiſcopo Ambroſiani dicuntur, non quod ipſe inſtitutor eorum fuerit, uti multorum opinio invaluit, ſed quia illos auctoritate ſua, & eximia ſanctitate plurimum nobilitavit. Affirmat enim Vicecomes lib. 2 de Ritibus Miſſæ cap. 12, eam Eccleſiam Miſſæ ordinem a S. Barnaba Apoſtolo, pſallendi vero regulam a S. Miroclete Archiepiſcopo accepiſſe; nec niſi paulo poſt S. Ambroſii deceſſum Ambroſianos dici cœpiſſe Ritus Mediolanenſes. Negari tamen nequit S. Ambroſium Officio ad optimam formam redigendo ſtuduiſſe, cum in Eccleſia ſua cantus per choros inſtituerit, Hymnoſque in officium inſerendos compoſuerit, qui ſubinde in univerſa Eccleſia Latina viguere. In Epiſtola ad Marcellam Sororem Lectionarii meminit, ubi deſcriptæ erant Lectiones in Officio recitandæ: *Hodie librum Job. legi, qui ſolemni more eſt decurſus, & tempore*: annua initiationis ejus die, quæ ſeptima erat Decembris, Deuteronomium legebatur, ut ipſe teſtatur lib. 7 in Lucam: *Pulchre mihi hodie legitur initium Legis quando mei Natalis eſt Sacerdotii*. Illud certum eſt, Mediolani conſtantem invaluiſſe opinionem, Officium eo modo, quo ad hæc tempora recitatur, a S. hoc Doctore fuiſſe diſtributum. Porro Ambroſiani Pſalterium dividunt in duas partes: primam a Pſalmo primo ad centeſimum nonum nocturnis vigiliis, ſecundam uſque ad finem diurnis horis aſſignant. In hujus ſecundæ partis diſtributione ſequuntur omnino Romanam Eccleſiam. At prima pars in duas hebdomadas diviſa decem continet decurias, ut vocant, ſinguliſque noctibus una decuria perſolvitur. Prima decuria pro Feria ſecunda ſeptemdecim pſalmos priores complectitur: Secunda pro Feria tertia, pſalmos habet quatuordecim; reliquæ octo dumtaxat pſalmis conſtant uſque ad Feriam ſextam, Sabbatis autem, & Dominicis diebus, & in ſolemnitatibus Domini Canticis nocturnas preces perſolvunt. In Feriis vero, & quibuslibet aliis Sanctorum Feſtivitatibus deſcriptas decurias non mutant. Ab hac tamen regula excipiuntur ſex Feriæ ante Nativitatem Domini, quas *de Expectato* appellant, & ſex iterum Feriæ majoris hebdomadæ, in quibus pſalmis utuntur peculiaribus. Ceterum Pſalterii verſionem propriam habent ſimilem ei, qua Romæ utuntur Canonici S. Petri in Vaticano.

Ad nocturnas preces, recitatis oratione Dominica, & ſalutatione Angelica dicitur verſus *Deus in adjutorium*, quem ſequitur hymnus ſemper idem: mox additur Reſponſorium, deinde Canticum trium puerorum cum Antiphona; & ter Kyrie eleiſon; poſtea Pſalmi, & Cantica pro temporis ratione; inde tres lectiones cum ſuis benedictionibus fere ſemper propriis. Diebus Dominicis lectiones ſunt de Homilia in Evangelium; in Feriis de Scriptura Sacra, in Feſtis tertia eſt de vita Sancti, vel de ſermone Feſtivitatis. Excipiuntur ab hoc Ordinario Nativitas Domini, & Epiphania, quibus diebus dicuntur tres nocturni, & novem lectiones. Feria item ſexta in Paraſceve leguntur ſex lectiones, ſed tres ultimæ integræ paſſiones ſecundum tres poſteriores Evangeliſtas; paſſio vero ſecundum

Mat-

Matthæum Missæ reservatur. Tandem post duas priores lectiones duo sequuntur Responsoria: post tertiam autem recitatur *Te Deum*, si tempus requirat, vel nihil additur.

Laudes post versum Romanis commenem habent Canticum Zachariæ, pro quo in Dominicis Adventus, in Nativitate Domini, Circumcisione, & Epiphania dicitur Canticum Mosis *Audite cœli* cum Antiphona, & ter Kyrie eleison, atque Collecta. Tunc in Dominicis, & Sanctorum solemnitatibus quinquies, vel etiam septies repetitur Antiphona ad Sanctam Crucem, addita quadam Oratione secreta. Mox alterum Mosis Canticum *Cantemus Domino* cum sua Antiphona, & ter *Kyrie eleison*, aliaque oratione secreta. Deinceps Canticum trium puerorum *Benedicite omnia opera*: nam quod ad nocturnos recitatur, incipit *Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum*. Loco autem prioris Cantici Sabbato dicitur psalmus *Confitemini*, & in aliis feriis psalmus *Miserere* cum Antiphona, & ter Kyrie eleison: additur oratio clara voce, qua finita sub uno *Gloria Patri*, quatuor recitantur Psalmi. Succedunt Capitulum, Antiphona, ter *Kyrie eleison*, *Dominus vobiscum*, & psalmus directus, qui simul ab utroque Choro cantatur. Postea hymnus pro qualitate Officii diversus; & duodecies *Kyrie eleison* cum *Dominus vobiscum*, psallenda una in Festis Sanctorum, in Dominicis duplex. Est autem psallenda Antiphona quædam repetita cum *Gloria Patri* additis quibusdam versibus, & ter *Kyrie eleison* cum oratione. In Feriis loco psallendæ dicitur quodam Responsorium, quod vocatur in Baptisterio. Si occurrat aliqua commemoratio, fieri solet per psallendam illius diei, vel officii, de quo fit commemoratio de B. Virgine, S. Ambrosio, & Patrono Ecclesiæ.

Ad Primam non recitatur Symbolum Apostolorum, neque ulla Antiphona, sed consuetos psalmos sequitur *Alleluja*, nisi in Quadragesima. Inde Epistolella ut ajunt, cum Responsorio brevi, cui statim quotidie subditur S. Athanasii Symbolum: postea Capitulum, preces quædam, quæ solemnibus diebus prætermittuntur, atque tres orationes, quæ numquam mutantur. Tum legitur Martyrologium, post quod additur versus *Exultabunt Sancti in gloria*, cum brevi quadam oratione.

Tertia, Sexta, & Nona nihil proprii habent, nisi quod ad finem psalmorum loco Antiphonæ, uti ad Primam, addatur *Alleluja*: tempore autem Quadragesimæ *Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ*. Sequitur Epistolella cum Responsorio brevi, tum preces, si dicendæ sint, postea oratio. At Dominicis diebus, Festisque solemnibus cantatur Hymnus ad Tertiam, qui incipit: *Jam surgit hora tertia*.

Vesperæ post *Pater*, & *Ave* inchoantur absolute à salutatione *Dominus vobiscum*: sequitur inde Responsorium, Lucernarium appellatum, ter repetitum diversum juxta Officii diversitatem. Iterum dicitur *Dominus vobiscum*, postea Antiphona, mox tertio *Dominus vobiscum*: tum Hymnus conveniens, & quartu *Dominus vobiscum* cum Responsorio, quo finito adhuc repetitur *Dominus vobiscum*. Veniunt psalmi iidem, qui Romæ, majoribus Domini nostri Solemnitatibus exceptis, quibus sub una Antiphona, & uno *Gloria Patri* unus psalmus dicitur diversus pro diversitate Officii, cui semper adjungi solent psalmi *Ecce nunc benedicite Dominum*, & *Laudate Dominum omnes gentes*. In Festis autem Sanctorum, post primam Orationem, alter recitatur psalmus diversus pro varietate Officii, & psalmis absolutis cum Antiphonis, dicitur ter *Kyrie eleison*, *Dominus vobiscum*, Officioque conveniens oratio. Postea *Dominus vobiscum* & *Magnificat*, præmissa Antiphona, quæ finito Cantico, & iterato primo ejus versu, repetitur cum ter *Kyrie eleison* & alia oratione. Deinde psallenda, & alia, sicut in Laudibus, recitantur; & in feriis Quadragesimæ duodecies *Kyrie eleison* loco magnificat. Habent insuper Ambrosiani quasdam vesperas de Sanctis Patronis, & Titularibus Ecclesiarum, quæ celebrantur cum Vigiliis, in quibus post primam Orationem, dicitur primus psalmus, tum legitur una lectio de vita illius Sancti cum suo Responsorio, & post aliam orationem dicto secundo psalmo legitur alia Lectio cum suo item Responsorio. Denique dicto Cantico

Magnificat cum psallendis, cantantur Litaniæ cum quibusdam orationibus.

Ad Completorium præmissis *Pater*, *Ave*, *Converte Nos*, *& Deus in adjutorium*, in Quadragesima Hymno *Te lucis ante terminum* sufficitur hic, *Christe*, *qui lux es*, *& dies*. Tunc sina Antiphona consueti Romæ psalmi recitantur, & sub uno *Gloria Patri*: *Ecce quam bonum*: *Ecce nunc benedicite Dominum*, & *laudate Dominum omnes gentes*; quibus absolutis dicitur *Alleluja*, val *Laus tibi Domine Rex aeternæ gloriæ*. Tum in quadragesima Hymnus *Te lucis ante terminum*; alio autem tempore statim subditur Epistolalla cum suo Responsorio bravi; dainda Canticum *Nunc dimittis* cum precibus, si dicendæ sint; Antiphona B. Virginis, & ajus oratio; ac tandem fit coufessio communis.

Ex Italia secedantes, in Hispanias convertamur necesse ast, quippe quæ & patriæ nostræ finitimæ, & peculiarem in Officiis suis ritum cum antiquitata, tum sanctitate commendandum sibi samper vindicarint. Ubi enim in Hispanias illata est Religio Catholica, ordo præscriptus ast, juxta quam Sacerdotes Divinum peragarent Officium, quod quidem, quoniam Gothis Imperantibus fuit adhibitum, *Gothicum* dictum ast: *Toletanum* etiam dicitur, quod Regni Caput esset Toletum. Hodie taman Officii antiqui Hispanici nomine *Mozarabicum* intelligitur, quod aam denominationem sortitum est, Mauris Hispanias invadentibus. Enimvero cum eo ævo Christiani, qui sedes suas deserere abnuerunt, Mauris tributa pendenrent, Arabibusque mixti convivarent, *Mixtarabes*, *Muzarabes*, *& Mosarabes* fuere nuncupati. Patrus taman de Marca Archiepiscopus Parisiensis lib. 3, cap. 1, in Marca Hispanica mordicus negat Christianos *Mozarabes dictos*, *eo quod essent mixti Arabibus*: *cum*, inquit, *huic originationi ipsa scripturæ constans ratio refragetur*, *quæ Muzarabes illos perpetuo vocat*, *non autem Mixtarabes*. Unde ut *Mozarabum* Etymon indager, ad *Muzam* Arabum, qui Tolatum cepere Ducem confugit. Christiani siquidem Religionam profitandi libertatem *Muzæ Arabis beneficio consequuti*, *ejus se nominis patrocinio contra sequentium Principum impotentiam tuebantur*; *ac deditionis suæ conditiones ea nomenclatura explicabant*. Verum hanc atymologiam rejicit Pagius ad annum 714, n. 8. *Fabulam*, & commantum vocat Blasius Ortisius in descriptione Summi Templi Toletani, quæ quidam merito exploditur. Namque, uti obsarvat Comas Mondaxarensis in suo opere, quod inscribitur *Predicatio* S. Jacobi in Hispania cap. 24: *Arabes primos suæ provinciæ habitatores vocant Arabes Arabices*: *qui autem origine Arabes non sunt*, *eos Arabes Arabizantes*, *& lingua propria Mustarabes nominant*: *unde Christianis*, *qui in Hispania manserunt inter Mauros*, *dum eos obligassent ad lingua sua loquendum*, *suosque sequendos mores*, *nomen dedere Mustarabum ipsimet Mauri*, *qui in ipsos dominabantur*, *ad significandum*, *quod non essent Arabes natura*, *tametsi leges Arabum sectarentur*: *hinc autem modica cum variatione nomen Mozarabum fuit corruptum*, *atque illud est verum nomen*, *propter quod Mozarabicum dictum sit officium Gothicum*, *quo utebantur Christiani Hispani*, *qui vivebant dominio Arabum subjecti*. In eamdam concedit Sententiam laudatus Pagius, qui vastigiis inhærens Arabicæ linguæ peritissimorum animadvertit, *Araba insititios*, *adeoque omnes externæ stirpis*, *gentis*, *& religionis inter Arabas viventes ab ipsis vocatos esse Mostarabes*: *ab Hispanis autem Litteram* T *de hac voce tollentibus*, *sicuti Saragosta*, *Saragosa pronunciantibus*, *Hispano-Arabas*, *moz Arabes fuisse nominatos*. Quocirca, a varo atiam abludit Hieronymus Blancas, qui in suis da Aragonia Commantariis voce *Muza* Christianum Arabice dici, atque adeo *Muzarabum* nomine Christianos Arabis mixtos intelligi autumat. Enimvaro affarit in suo Vocabulario P. Alcala, Christum Arabibus *Macih*, unda *Muza* nequaquam darivari potest, appellari. Cæterum ex prælibatis palam fit, notione, quæ a Mondexaransi Comite *Mustarabum* voci subjicitur, naquidquam axcludi expositionem, qua Hispani Arabibus mixti dicuntur; cum, si fuerint Arabes, ut ipse loqui-

tur,

tur, *inarabati*, necesse sit, ut una, & simul cum Arabibus convixerint, ac proinde juxta interpretationem Roderici Archiepiscopi Toletani *Mixtarabes*, aut *Mixti Arabibus* nominari queant. Hic tamen non ausim dissimulare e sententia, qua idem Mondexarensis vocat *Mustarabes* Christianos cum Arabibus mixtos, recta consequi eos *Muzarabes*, nequaquam vero *Mozarabes*, esse dicendos. Verum ipsius placuit conjectura: & ita invaluit usus.

Porro Mozarabici ritus institutores fuerunt Sancti Viri Leander, & Isidorus Hispalensis Episcopi, quamquam solius Isidori nomen retinuerit, quem proinde Baronius ad annum 633, n. 70, solum ejus auctorem agnoscit. Inscribi solet *Officium Gothicum, sive mixtum secundum regulam B. Isidori*. Decreto quarto Toletani Concilii omnes Hispaniarum Ecclesiæ hoc olim utebantur, verum regnante Alphonso VI, mutatum fuisse dicitur jussu S. Gregorii VII Romani Pontificis, qui ob hanc causam contentiones cum Regibus Hispaniarum subiit.

Opinatur autem Eminentissimus Bona lib. I, cap. 2, num. 2, *Hoc Officium, licet a Viris Sanctis, & Orthodoxis compositum fuerit, Hispania tamen ab Infidelibus devastata, ita erroribus refertum, ut Elipandus, Toletanus Episcopus, ex ipsis Officiis depravatis plura acceperit testimonia ad suam hæresim adstruendam*. Rem alucidat Pinius lib. III, Tractat. historic. Chronolog. de Liturgia antiqua Hispanica. *Cum enim Elipandus, & Felix Urgelitanus Præsul hæresim adoptivæ filiationis Jesu Christi, exeunte seculo octavo, tuerentur, orationes ex Missali Hispanico, in quo voces adoptivus, & adoptio applicabantur Jesu Christo, in medium proferebant*; *easque a SS. Eugenio, Ildefonso, & Juliano recitatas, & approbatas fuisse asserebant*. Quod quidem testatum faciunt Patres Concilii Francofordiensis in Epistola Synodica ad Hispaniæ Præsules missa, ut illos ab errore suo revocarent, his verbis objectionem e Missali Hispanico depromptam referentes: *Sequitur in eodem libello vestro: item Prædecessores Nostri Eugenius, Ildefonsus, Julianus, Toletanæ Sedis Antistites, in suis dogmatibus, ita dixerunt in Missa de Cœna Domini*: qui per adoptivi hominis passionem suo non indulsit corpori. Item *in Missa de Ascensione Domini*: Hodie Salvator noster post adoptionem carnis sedem repetivit Deitatis. *Et cætera, quæ ex parentum vestrorum dictis posuistis*. Unde infert Binius cum Bona, in quædam Officii Mozarabici exemplaria, vertente sæculo octavo, sive ex inadvertentia, sive ex fraudulentia hæreticorum Episcoporum immanes irrepsisse errores.

Veruntamen uterque revincitur ab Henrico Florez Augustiniano in Historia Sacra Ecclesiæ Hispanicæ tom. 3, p. 262, ubi nervos omnes intendit, ut evincat Officium Mozarabicum ab omni omnino labe semper fuisse immune. Selectiora tantummodo hujus Auctoris argumenta expiscabimur, cætera ad Tractatum nostrum de Missa antiqua Hispanica, qui mox in lucem prodibit, revocantes. Ac primo quamlibet detrahit fidem nuperrimus hic Scriptor libello, quem confutat Synodica Epistola Patrum Francofordiensium, cum is ab Elipando fuisset exaratus. Namque testatur eadem Synodica Epistola libelli Auctorem *SS. Patrum testimonia mala perfidiæ veneno corrupta referre*. Quis tamen dixerit Catholicorum Doctorum libros fuisse depravatos, interpolatos, & vitiatos, aut hæresim propinare, quam in iis deprehendere sibi videbatur Elipandus? Falsi itaque semel convictus libelli Scriptor, omnem omnino a se in reliquis ablegat fidem, & sane si eo prorupit audaciæ ut tot Patrum sententias universo orbi notas perfide immutaverit, multo liberius, quod unius Hispaniæ erat, officium adulterasse credibile est. Secundo vere Patribus Francofordiensibus turpiter imposuit Elipandus, cum in Missa de Ascensione Domini neutiquam leguntur in Liturgia Mozarabica voces: *Post adoptionem carnis*. In Missa autem de Cœna Domini nullus reperitur codex manuscriptus, qui vocabuli adoptionis mentionem obtrudat. Nec majus facessit negotium altera Elipandi impostura mentientis in Missa S. Sperati Martyris recitari: *Adoptivi hominis non horruisti vestimentum sumere carnis*: jam quippe observavit ipse Alcui-

nus *inconvenientem esse dictionem*, adoptivi hominis vestimentum carnis. Tertio libelli fraudem & subodoratus est, & acriter reprehendit idem Alcuinus lib. 7. contra Felicem Urgelitanum. *Asserunt*, sic in eum invehitur, *quidam ex illis Patribus*, *ubi tu dixisti*, vel adoptionem, vel adoptivi hominis, *eos dixisse* pro adoptionem assumptionem,& pro adoptivi assumpti. *Et in hoc quoque tua malevola arguitur pertinacia. Si enim in tua sententia, quasi in veritate consideres, nequaquam ea, quæ ab aliis bene dicta sunt, in pravum sensum mutares. Veritas enim, ubicumque est, semetipsam defendit*. Mox: in Ecclesiæ gremium reduce Felice, sic fraudulentes Elipandi artes describit: *Sententias vel perverse interpretari sensu, vel perfida vos immutare temeritate agnovimus, veluti in aliquibus provavimus locis, dum ad nos per Felicem olim vestrum, nunc autem nostrum Commilitonem, plures vestri erroris pervenerunt litterulæ*. Quarto Decessores suos calumniose tradit erroris sui consortes Elipandus, Eugenium videlicet, Ildefonsum, & Julianum, uti disserit Eminentissimus Baronius ad an. 794. *Ut autem*, inquit, ipsa veritas clarius elucescat, hic tibi reddenda putamus, quæ idem perfidus Elipandus in suo libello in Gallias misso de iisdem est mentitus prædecessoribus. Reperiuntur enim ista reperita in Litteris a Patribus ex Synodo ad eum redditis, his verbis: sequitur *in eodem libello vestro*, quemadmodum superius: *hæc suo inseruit Elipandus libello fidei, non quod ita acceperit ex eorum, quos nominat, scriptis; sed quod scripta ea in Missali Toletana Ecclesiæ, ut ait, in sacris oblationibus recitari solerent, sed an fideliter, vel ut in aliis, fraudulenter; quod non adesset præ manibus, qui esset Codex inspiciendus; ex quo, ut in aliis, idem Elipandus imposturæ convinci posset, Patres hæc tunc respondere*. Baronio succinit Pagius ajens: *Nec dubitavit Elipandus S. Ildefonsum, aliosque, qui præcesserant, Toletanos Antistites de hæresi per insignem calumniam sugillare*.

Verum facile propulsatur impacta sanctissimis Præsulibus calumnia ex definitione Concilii Toletani XI, quod ubi in præfatione n. 8, de Fide agens professum fuit, Dei Filium Patri esse *Homousion*, seu Consubstantialem, unum substantia cum Patre: Dei Patris substantia genitum, subdit: *Sempiternus ergo Pater, sempiternus Filius. Hic etiam Dei Filius, natura est Filius, non adoptione*. Quibus validiora excogitari nequeunt ad jugulandam Nestorii, & Elipandi hæresim; Fideique tesseram sartam, ac rectam asserendam. Porro huic Concilio præfuit Quiricius Archiepiscopus Toletanus, cujus Decessor S. Ildefonsus, successor vero S. Julianus fuere. Quis autem eo dementiæ proruperit, ut sibi fingat Quiricium nemine reclamante, immo vero omnium Episcoporum conspirantibus suffragiis e diametro oppositam ei, quam Eugenius, & Ildefonsus Toletani Præsules tradiderant, totaque Ecclesia Gotho-Hispanica pro aris, & focis defendebat, doctrinam Concilii Decreto confirmatam obtrusisse? Corroborabitur animadversio, si attendamus Eugenium horum omnium Archiepiscoporum, maxime S. Juliani, in Disciplinis Theologicis magistrum fuisse; adeoque illos præconceptam aliam ab ejus Fide e nullo fonte venenato hausisse sententiam. Quin expressis, luculentissimisque verbis S. Ildefonsus errorem Elipandi convellit in libro exarato adversus eos, *qui disputant de perpetua virginitate Sanctæ Mariæ: Christus Deus*, inquit ibidem, *qui numquam non fuit ex quo factus est homo, & assumptus in unitate personæ semper mansit, & permanet verus Deus homo, non duo quidem, ut esset alter Deus, alter homo, sed unus, idemque Deus homo. Quamvis enim aliud, per quod Deus, aliud, per quod homo, in utroque tamen unus Deus, & homo, quia non fuit aliquando sine Deo purus conceptus, & natus homo. Sed qui conceptus est de Spiritu Sancto ex Virginea Carne... mox ex ipsa Conceptione ineffabili Deus verus processit, & natus est homo. Christus* itaque ex S. Ildefonso *numquam non fuit verus est Deus*. Decretoria sunt hæc adversus Nestorianam Elipandianamque dementiam.

tiam : Verum hæreseos medullas pervadit ipse; in iisque eam præfocat: *Ergo non illum, ut cæteros, adoptio filios Dei, fecit Dei Filium; sed Divinitatis natura illum in proprium Dei Filium exaltavit ... ut totus Dei Filius homo, & verbum ... Dein ... & ideo non est ille adoptivus Filius, sed Adoptator, ut ita dicam, cæterorum ....* Et rursus: *ut vero Christus non adoptivus, sed proprius Dei Filius.* Quid ad hæc obloqui potuisset Elipandus, si Francofordiensium Patrum oculis fuissent subjecta? vere autem ipsi reposuissent: *mentita est iniquitas sibi.* Impudentissimus siquidem erat Elipandus clarissimis Antistitibus, & Ecclesiæ Hispanicæ hæreticam affingens pravitatem, quam ipsa universa in Breviarii Gotho-Hispanici Hymno ad octavam Christi Nativitatis tunc temporis decantari solito diris devovebat.

Sacer octavarum Dies hodierna rutilat;

Quo secundum carnem Christus Circumcisus traditur

Patri non adoptione, sed coæternus genere.

Quinto debilis est Pinii conjectura, qua inducitur ut credat circa annum 736 sectæ asserentis Unigeniti Dei filii adoptionem Assectas in Missale Mozarabicum sacrilege grassatos fuisse. Cum enim, inquit, eo tempore Theodiscus Natione Græcus, homo impostor, successorque S. Isidori, Pseudo-episcopus hæreticus, qui & depositus transiit in Mahometanam impietatem, primus in Hispania docuisset, Christum Dei Filium esse adoptivum Dei Patris omnipotentis, hinc factum est, ut sensim sine sensu varii textus sacri Liturgiæ Hispanicæ coacti sint aliud enuntiare, quam & enunciare debebant, & antea enuntiarant. Verum enim vero commentitius est ille Theodiscus, exploratumque est, eum nedum S. Isidori successorem non fuisse; verum etiam neminem hujus nominis Sedem Hispalensem tenuisse. Quin seculo septimo nulla per latissimam Hispaniam erroris Nestoriani mentio: nullum Theodisci depositionis documentum. Sexto tandem premi se negat Florez auctoritate S. Gregorii Septimi scribentis lib. 9, epist. 2, ad Alfonsum VI Hispaniarum Regem, erroribus inspersum fuisse Ritum Hispanicum; adeoque ex Ecclesia eliminandum: *in illo, quem hactenus tenuisse videmini, sicut suggerentibus Religiosis viris didicimus, quædam contra Catholicam Fidem inserta esse paulo convincuntur.* Reponit siquidem S. Gregorium VII Synodicæ Francofordiensi epistolæ innixi, quæ cum non evincat Missale Hispanicum revera fuisse depravatum, sicuti oggerebat Elipandus; sed unam referat illius calumniam; S. Gregorii VII querelæ nullum suppeditat fundamentum. Accedit Summum illum Pontificem neutiquam ex propria sententia, sed ex aliorum suggestione loqui; nam Joannes X, & Alexander II, itidem Summi Pontifices, qui S. Gregorii VII ætatem paulo antecesserunt, Ritum Mozarabicum tanquam veritati Catholicæ consonum approbarunt, & confirmarunt. Perperam igitur adnotat Pagius ad annum 783, *Heresim* de adoptione Filii Dei Elipandum, *& Felicem hausisse ex male intellectis Missæ S. Isidori orationibus.* Ipse enim Isidorus ne accersitur quidem in patronum libello, quem refellunt Patres Francofordienses. Vetus autem Hispaniæ Ecclesiarum officium sic describit S. Isidorus Hispalensis lib. de officiis: A cantu exordiebatur, qui iis temporibus non adeo simplex erat, ac in prisca Ecclesia; tunc enim preces simplici vocis inflexione ad pronuntiationem magis, quam ad cantum accedente recitabantur. In usu erant Hymni, Antiphonæ, atque Responsoria, quæ cum psalmis complectebatur officium. Horæ assignantur Tertia, Sexta, Nona, Vespere, Completorium, Vigiliæ noctis, & Matutinum sub lucis ortum. Legebantur Scripturæ Sacræ Libri juxta S. Hieronymi interpretationem; *Alleluja* per totum anni cursum dicebatur, Quadragesima, & jejunii diebus exceptis ob quamdam Ecclesiarum Hispaniæ traditionem.

Subinde in meliorem formam redactum est jussu Cardinalis Ximenez Archiepiscopi Toletani, qui, explosis Gothicis characteribus, illud Latinis conscribi, ac typis mandari curavit. Quam provinciam illum cum summa diligentia, tum genuina, sincera, & ac-

accurata fidelitate nemini secundum explevisse, abunde testantur miræ prorsus cautelæ, quibus usus est, ne Missalis Mozarabici suo & mandato, & cura Typis editi, a nobis autem novo prælo Romæ subjecti, adnotationibusque illustrati, vel ipsa verba consecratoria, quæ aliquantulum ab Evangelicis differunt, ullatenus immutarentur. Ea enim eodem quo in Missali prostant, tenore exscribit, monens ad marginem superposito papyri frusto se ad id adductum fuisse *ne antiquitas ignoraretur*; ad calcem vero paginæ formam consecrationis consueto more adhibitam apponit, ut vel levissimum observetur discrimen. Qui autem tam studiosus antiquitatis inviolatæ amator fuit, ut nec contextum Sacramentalem ad normam Evangelici ausus sit corrigere, cur orationes ab Elipando objectas vel silentio præterisset, vel immutationes non monito Lectore emendasset, si revera in Missale Mozarabicum illatæ fuissent? Nec infringitur vis conclusionis, si opponatur in illud idem Missale invecta fuisse Sanctorum Festa; ipsum vero potius fuisse Toletanum quam Mozarabicum. Namque alterum nullam arguit immutationem, cum & in Missale Romanum itidem fuerint introducta Festa nova, quin vel interpolationis vel emendationis accusationi subjaceat. Secundùm autem a vero abludit; cum Mozarabico Missali plura accepta referat Cardinalis Ximenez, quam Toletano, quod ex Mozarabico ut plurimum fuit conflatum. Hunc autem fere in modum est distributum Officium Mozarabicum. Horæ omnes a *Kyrie elejon*, *Christe*, *Kyrie*, *Pater*, & *Ave* submissa voce recitandis incipiunt. Nocturno Officio additur *Ave Regina Cælorum* cum versiculo, & oratione; ac deinde alta voce dicitur: *In nomine Domini nostri Jesu Christi Lumen cum pace*, & respondetur: *Deo gratias*. Solum Completorium aliter incipit. Horis vero absolutis dicitur *Pater noster* clara voce, singulisque petitionibus respondetur *Amen*: nisi cum ista profertur. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, quæ hoc responsum habet: *Quia Deus es tu*. Illo eodem vocis tenore in Laudibus, & Vesperis longa subsequitur oratio: Liberati a malo. Post Laudes, & Vesperas oratio fit pro cujusque generis necessitatibus, atque benedictio datur, cui Diaconus præmittit: *Humiliate vos benedictioni*, inde Sacerdos tres orationes recitat; tandem, sicut omnes aliæ horæ, hac clausula Laudes, & Vesperæ terminantur: *In nomine Domini nostri Jesu Christi perficiamus in pace*: & respondent omnes: *Deo gratias*. Hic autem animadvertendum, antiquissimum Mozarabum Officium duodecim constitisse horis, quarum rejectæ sunt quatuor, videlicet: *In principio noctis*, *ante lectum*, *media nocte*, & *in Resurrectione lecti*.

Nocturnæ preces hujus Officii brevissimæ sunt; recitatur enim *Miserere*, tres antiphonæ cum Responsorio, & tres orationes. Dominicis vero diebus prioris antiphonæ loco hymnus *Æterne rerum conditor*, dicuntur cum oratione, tres psalmi cum Antiphonis, & tria Responsoria cum orationibus. At Dominicis post Pascha usque ad Pentecostem, Festisque solemnibus Psalmo *Miserere* sufficitur, *Domine quid multiplicati sunt*.

In Laudibus post recitatum *Dominus sit semper vobiscum*, Antiphona decantatur, atque Canticum vel novi, vel veteris Testamenti. In Festis B. Virginis, & in nocte Nativitatis Domini dicitur Canticum *Magnificat*; in Festo autem S. Joannis Baptistæ *Benedictus*; reliquis vero diebus varia adhibentur Cantica, quæ Benedictio, repetita Antiphona, sequitur. Post Salutationem *Dominus vobiscum* dicitur alia Antiphona ante Canticum trium puerorum. Inde *sonus* similis nostris Responsoriis, & alia Antiphona ante psalmum *Laudate Dominum de cælis*, quo decantato legitur prophetia, quam subsequitur hymnus, tum supplicatio Sacerdotis ad populum, qua eum hortatur, ut petat a Deo, quæ necessaria sunt ad salutem, cui respondetur: *Præsta omnipotens æterne Deus*. Post hæc Capitulum per modum orationis, præmisso *Kyrie eleison*; tum *Pater noster*, & laus constans ex versibus quibusdam sæpius repetitis cum benedictione. Antiphonis autem, & Laudibus frequentius adjungitur Sanctissimæ

Tri-

Trinitatis Doxologia: *Gloria, & honor Patri, & Filio, & Spiritui Sancto in saecula saeculorum, Amen*; unde resecatur *sicut erat*.

Porro inter Laudes, & Primam Officium speciale habent Mozarabes, quod vocatur Aurora, solisque Feriis recitatur, constans quatuor Psalmis, Antiphona, Laude, Hymno, Versu, Oratione Dominica, & quibusdam precibus. Psalmi autem hi assignantur: *Deus in adjutorium*: *Beati immaculati*; *In quo corrigit*: *Retribue*.

Initio Primae dicitur Antiphona, & Dominus sit semper vobiscum, statimque septem recitantur Psalmi; nimirum *Deus misereatur*, *Exaltabo te Deus meus Rex*, bipartitus in versu *Regnum tuum*: *Laudate pueri*: *Adhaesit*: *Legem pone*; *& Veniat*: tum iteratur Antiphona, quam sequitur Responsorium, Prophetia, Epistola, Laus, Hymnus, & versus. Mox *Te Deum laudamus*, *& Gloria* extra Adventum, & Quadragesimam: deinde *Symbolum Apostolorum*, Supplicatio, *Pater noster*, & Benedictio.

Tertia, Sexta, & Nona, uti Prima incipiunt, Psalmosque quatuor habent, & varia Responsoria, quibus succedunt Prophetia, Epistola, Laus, Hymnus, & clamores, quibus parunt a Deo, ut non juxta scelera paenas infligat. Sequuntur Supplicatio, Capitulum, Oratio Dominica, & Benedictio. Psalmi vero alii sunt ab iis, quos ad has horas recitare consuevimus.

Vesperae nullos habent psalmos; inde post salutatum populum, *Dominus sit semper vobiscum*, versiculi dicuntur, quos Laudes appellant, Hymnus, Preces, Capitulum, Oratio Dominica, & Benedictio. Alia iterum laus recitatur, quae dum peragitur, fit thurificatio per Ecclesiam, ac denique Oratione, sive Collecta diei finiuntur Vesperae.

Completorium initium sumit a Psalmo *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, mox tria *Alleluja*; in Quadragesima vero: *Laus tibi Domine Rex aeternae gloriae*. Inde Psalmus, iterumque ter *Alleluja*, & alius Psalmus cum Hymno, & Versu: dein Psalmi duo cum altero Hymno; tum Versus, Supplicatio, *Pater Noster*, Benedictio, & Antipona *Salve Regina* cum Versu, & Oratione.

Caeterum in Officio Mozarabico ad cujusque horae finem datur Benedictio, praeterquam ad Matutinum, quod a Laudibus non sejungitur. In Lectionibus cum lectionis titulus legitur, respondetur *Deo gratias*, atque ad Lectionis finem *Amen*. Ante orationem non dicitur *Oremus*. Totum Officium in Dominicas, Ferias, & Festa distribuitur. In Sancti alicujus officio alterius non fit commemoratio.

Ex Hispaniis ad Gallias, quae priscis etiam temporibus Officii Divini studio haud segniter vacarunt, convertenda tractatio. Et quidem de S. Hilario testatur S. Hieroymus de Script. Eccles. cap. 10, *ipsum Librum Hymnorum*, *& alium Mysteriorum* conscripsisse: Gennadius quoque de Viris illustribus refert, Musaeum Presbyterum Massiliensem lectiones ex Scriptura Sacra depromptas in dies singulos per annum distribuisse, & nonnullas Festorum proprias; certumque Psalmorum, & Lectionum ordinem pro variis anni diebus, medio jam saeculo quinto instituisse: *Excerpsit e Sacris Scripturis Lectiones totius anni*, *festivis aptas diebus*, *Responsoria Psalmorum*, *& Capitula, tempori*, *& lectionibus congruentia*. Testatur etiam idem Gennadius, Salvinianum Massiliensem Presbyterum opus Musaeano simile condidisse; & Vita S. Caesarii Arelatensis tradit collectionem ab eo institutam homiliarum e SS. Patribus excerptarum, quas dierum, & solemnitatum per annum proprias esse voluerat. Hinc Concilium Veneticum adulto jam saeculo quinto habitum, in officio recitando magnam perspiciens varietatem, eandem, atque unicam per provinciam Turonensem Can. 15 servari praecipit rationem. Epaoniense, & Agathense sequiori saeculo celebrata conspirantem hunc postulant consensum.

Veteris autem Gallicani officii distributionem exponit Concilium Agathense jubens Psalmos per alternos Choros decantari; eos per Collectas absolvi; Hymnos officio Matutino, & Vespertino aptos interseri, atque

que ad finem cujusque officii post Hymnos, & Capitula e Psalmis petita, orationem esse recitandam; populumque cum Episcopi benedictione dimittendum. Concilium vero Turonense III circa medium sextum sæculum, duodecim Psalmos cum sex Antiphonis præscribit, totoque Augusto mane esse surgendum, quod Sanctorum haberentur Festa, & Missæ: Septembris antiphonas septem ad duos psalmos: Octobri octo ad tres psalmos: Novembri viginti septem: ac reliquis mensibus eo plures, quo prolixiores essent noctes. Vetat autem ad Matutinum, & ad Nocturnum officium pauciores, quam duodecim psalmos recitari: *Quicumque minus, quam duodecim psalmos ad Matutinum dixerit, jejunet*.

Verum particularium Ecclesiarum, quarum primas tenet Lugdunensis, consuetudines indagandæ sunt; cum plurimarum ritus vix a Romanis discrepent cum in Psalmorum distributione, tum in numero Lectionum, & ipsa officii methodo, ac ordinatione. Ecclesia itaque Lugdunensis Galliarum primatu insignis, ad Primam per hebdomadam non nisi tres psalmos recitat; diebus vero Dominicis novem, & Symbolum S. Athanasii, quod Primæ Dominicali omnes Ecclesiæ adjungere consueverunt. Dominica autem Sexagesimæ, & sequentibus ad Pascha, duos priores psalmos ad Laudes mutat pro Psalmo *Dominus regnavit*, legens Psalmum *Miserere*, pro Psalmo *Jubilate* Psalmum *Confitemini*; atque ideo tempore ipsum *Confitemini* omittit ad Primam, illi substituens Psalmum *Dominus regnavit*.

Nocturnis præmittitur oratio Dominica sola: deinde Versus dicitur: *Sancti Spiritus adest nobis gratia*; tum *Domine labia mea aperies*; *Deus in adjutorium*. *Gloria Patri*, & Invitatorium, quod proxime sequuntur Psalmi; cum Hymnis careant omnia officia, excepto Completorio. Quæ ad lectiones spectant, hæc tradit Gregorius Turonensis Tom. 5 Spicileg. Nocturnum describens officium, quod Lugduni in Ecclesia S. Justi a Gundebaudo Burgundionum Rege convocati Episcopi ad officium die ejus Sancti Festo, recitandum celebrarunt. Noctem transegerunt super S. Justi monumento, prima Lectio e Scriptura Sacra fuit desumpta: *Cum Lector secundum morem inciperet lectionem a Moyse*; inde Psalmi decantati, post eos Isaias lectus: Mox alii Psalmi, & lectum Evangelium: post alios vero Psalmos, S. Pauli Epistolæ. Quæ quatuor Lectionum genera conficiunt; nec tamen, licet S. Justi Festum celebraretur in ejus Ecclesia, ac super ejusdem hæc agerentur tumulo, ejus vitæ Acta, aut Patrum Homiliæ fuere perlectæ. Quocirca non video, qua ratione Card. Bona de Divin. Psalmod. c. 18, §. 9, scripserit, Ecclesiam Lugdunensem, quam post B. Bernardum *Novitatis nesciam* vocat, *in Numero, & Ritu Lectionum a Romanis non discrepare*. Hic nempe vetus erat Lugdunensis mos, qui ad Agobardi tempora viguit, nihil in Ecclesia recitandi, quod e Scriptura Sacra petitum non esset. Quare idem Agobardus affirmat, Concilia aliam ab hac officii peragendi rationem ratam habitura non fuisse: *Sed ut reverenda Concilia Patrum decreverant, numquam plebejos psalmos in Ecclesia decantandos; nihil poetice compositum in Divinis laudibus usurpandum*. Quod quidem argumento ex ipsis Romanis Missalibus petito tuetur: *Sicut in diebus ad Missas nonnisi Divina generaliter eloquia decantantur, ita & in noctibus ad Sacras Dei vigilias exhibendas, ea procul dubio lex debet observari . . . . non ergo cujuscumque figmentis, sed Spiritus Sancti eloquiis Majestas Divina laudanda est*. Verumtamen, licet eadem Ecclesia Lugdunensis ad hæc tempora, nulla deaurata opera, nullum Musices, aut Organorum usum admiserit, jamdudum in Completorium Hymnum inseruit *Te lucis ante terminum*, officioque Lectiones Sanctorum proprias addidit. Nec immerito: quamquam enim Concilia Laodicenum, & Bracharense primum vetuerint, in officium inferri quæquam, præter excerpta e Sacris Codicibus, quartum tamen Toletanum, Agathense, & Turonense III ratos habuere Hymnos a S. Ambrosio, aliisque Ecclesiæ Doctoribus compositos. Tandem Lugdunenses Canonici post ultimum Responsorium concinunt

cinunt

cinunt *Te Deum laudamus* cum Antiphona, & Gloria Patri instar Psalmi: sequitur versus, quo dicto incipiunt Laudes.

Prima, Tertia, Sexta, & Nona inchoantur ab oratione Dominica solum: habent parva Responsoria post Capitulum, & post singulos Psalmos *De profundis* cum Collecta pro defunctis. Antiphona autem de B. Virgine, qua Romani horas terminant, nonnisi post Nonam, & Completorium, decantatur.

Vesperarum idem, quod aliarum horarum initium: in quibusdam solemnitatibus Antiphona Cantici Deiparæ repetitur, & versibus ipsius Cantici intermiscetur. Completorio nulla præmittitur lectio, sed oratione Dominica, versibusque recitatis *Converte nos Deus*, & *Deus in adjutorium*, psalmi canuntur, quos sequitur hymnus singulis Feriis, & Festis mutandus. Post hymnum dicitur versus, omisso Capitulo, tum Canticum Simeonis: inde preces, oratio, & benedictio, denique Psalmus *De profundis*, & Antiphona conveniens de Beata Virgine.

Altera est in Galliis insignis Ecclesia, Parisiensis videlicet, cujus officii mentio sæpius apud Gregorium Turonensem occurrit. Testatur enim de se ipso Lib. 4 hist. c. 6, quod cum Parisiis prope S. Juliani Ecclesiem degeret, singulis noctibus officio, quod ibi celebrabatur, adfuerit: *Nos media nocte surgentes, ad reddendas Domino gratias ingressi sumus explorare cursum*. Qui quidem mos Matutinum media nocte recitandi in Cathedrali Ecclesia dudum retentus est, cumque aliquandiu, bello Anglico sæviente, intermissus fuisset, Senatus Decreto mandatum est Capitulo, ut vetus ritus quamprimum restitueretur: *Hodie conclusum est*, refert Tabularium Capituli ann. 1359, *quod matutinæ dicantur media nocte, & quod pulsentur minores, & mediocres clochiæ, & sine Carilleno, & quod hoc primo fiat die festo S. Dionysii, & quod proclametur per Urbem, quia ita vult Concilium Regium, & illi de Villa*.

At post Pictaviensem pugnam, & Joannis Regis captivitatem, Senatus Præses jussit, ne Parisiis Campanæ noctu pulsarentur, turbarum, atque seditionis metu: unde Canonici occasionem arripuere Matutinum Vespere recitandi. *Tum Canonici*, ait Nangii Continuator, *post Completorium suas cantabant celeriter Matutinas, quas antea consueverant hora noctis mediæ, signis solemniter pulsatis devotius agere*. Quæ autem fuerit Ecclesiæ hujus distributio officii, plane incompertum est; nullos tamen habuisse Hymnos, Versiculos, & Responsoria certum est; quippe quæ sequioribus tantum temporibus sensim sine sensu in illud inserta fuerint. Unde tale illud fuisse asserendum est, quale ad hæc tempora Feria IV majoris hebdomadæ usque ad Dominicam *Quasi modo* recitatur: quæ est vetus hujus officii forma, nullam immutationem passa. Quocirca inter Ritus Parisiensis Ecclesiæ proprios censeri potest mos canendi Responsoriorum postremæ lectioni addendi, at ubi cum *Te Deum* omittitur, idem novum Responsorium repetendi, *Gloria Patri* ad cujusque majorum Festorum Responsorii finem recitandi, & tertium, sextum, nonum Responsorium repetendi; Sacerdotalem versiculum pronunciandi ad veterem Matutini, & Laudum separationem denotandam; quinque Laudum Antiphonas ad quinque sequentes horas dicendi; ad singulas horas Antiphonam, & quintam ad Vesperas, quando nullæ essent propriæ ex ipsis Psalmis etiam Vesperarum depromptæ, quemadmodum habentur singulis Dominicis, Christi Natali die, Apostolorum Festis, & ferialibus diebus: Psalmos præterea currentis Feriæ ad primas Festorum Vesperas recitandi. Tempore procedente quibusdam Festis diebus in cujusque Nocturni finem Prosæ, atque versiculi inserti fuere, ut diebus Assumptionis B. Virginis, Sancti Pauli, S. Laurentii, S. Nicolai, & aliorum; Natali quoque Domini nostri die post Responsorium *descendit* tres prosæ dicebantur; Purificationis vero die post nonum Responsorium *Gaude* inviolata decantabatur.

Verum anno 1583, & 1584, cum nonnulli Romanum Breviarium in Parisiensem Ecclesiam invehere tentassent, Petrus de Gondy ejus Episcopus ea de re ad Capitu-

lum verba fecit, & post exploratas omnium sententias, atque diligens rei examen, statutum fuit Breviarium Parisiense abjiciendum non esse, sed emendatum denuo esse typis edendum: *Existimatum est Breviarium Parisiense convenientius retineri in ipsa Ecclesia Parisiensi, ac typis demandari prius recte expurgatum, ac restitutum per Dominos ad hoc jam deputatos.*

Illius autem formam si spectes, ex correctione ad Romanum Breviarium tam prope accessit, ut idem ferme dici possit in plerisque Lectionibus, Hymnis, Responsoriis, & Psalmis. Aliquo tamen pacto fuit immutatum, cum Francisci Harlæi Parisiensis Archiepiscopi jussu anno 1680 fuit denuo expurgatum; & tunc primum inter cætera Dominicæ Psalmi ad primas Festorum Vesperas dici cœpere, Ferialibus, qui constanter elapsis sæculis recitati fuerant, omissis. In editione anni 1607, e Completorio decisa fuerat oratio *Illumina*, quæ vetustissima est, extatque in Sacramentario S. Gregorii, ac ejus loco oratio *Visita* fuit apposita, quam Monachi in Breviarium Romanum intruserant, ut ait Granc. pag. 31, & 32. In ultimis editionibus Parisiense Breviarium, quod dicebatur *Ordinarium seu Breviarium Parisiensi Ecclesiæ accommodatum*, dictum est *Breviarium insignis Ecclesiæ Parisiensis ad formam Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum*; licet Concilium illud nullam Breviarii formam instituerit, vel præscripserit, ut intelligeretur ipsum fuisse emendatum, sicut jusserat Concilium.

In Germaniam e Galliis migremus: at ibi diu non commorabimur; siquidem nullum unquam officium habuit, præter Romanum illuc a Bonifacio Moguntino Episcopo, & Germaniæ Apostolo allatum, cum populos illos ad Christi fidem converterit; ita ut Germania Officium ipsissimum Romanum habeat, seque semper addictissimam Sanctæ Sedi fuisse glorietur.

Anglicani autem Officii nullum est monumentum, quo cognosci possit ante S. Gregorii ævum, qui Evangelii præcones ad Christianam Religionem restituendam illuc misit. Hic autem S. Pontifex eisdem tradidit Officii Romani Libros, atque in Dialogis Egberti Archiepiscopi Eboracensis ad annum 747 scriptum est, Pontificem Malmum ad eos deferri curasse Antiphonarium, & Missale, illud scilicet, quod S. Gregorius composuerat, & Augustino commendarat, ut iis in locis servaretur. Beda quoque lib. 4 hist. cap. 18, ait, Romanum Pontificem Agathonem in Angliam Cantores proficisci jussisse, ut Officium Romani instar perageretur. Et Sanctus Bernardus in vita S. Malachiæ refert, hunc Episcopum Hiberniæ populos docuisse Officii celebrationem, sicut Romæ persolvebatur. Quin Concilium Clovesehoviense ann. 747 celebratum mandat Can. 13, ut Ritus Romanus in Missa & Officio servetur.

Immutationes magnæ cum in Germania, tum in Anglia in Officio recitando post infandum schisma exortum erupere. Eas recensebimus, cum de Orientalibus Ritibus agentes, eos silentio non prætermiserimus, qui apud extorres a Fide Catholica sectas vigent. Lutherani itaque, & Angli psalmorum librum semel per mensem legunt; menses autem cum æquales non sint, atque Januarius, & Martius diebus 31, Februarius vero 28 tantum constet, Psalmorum liber, qui Februario recitandus esset, pridie Kalendas Februarias legi incipit, & Kalendis Martii absolvitur; mensium vero Maii, Julii, Augusti, Octobris, & Decembris postrema die iidem psalmi recurrunt, qui præcedente perlecti fuerant. Psalmi vero hi non juxta vulgatam interpretationem, verum juxta Hebraicum textum leguntur: vetus quidem Testamentum in prima lectione precum Matutinarum, & Vespertinarum; novum autem in secunda. Porro illud semel per annum, istud vero ter percurritur. Habentur etiam lectiones singularum per annum Dominicarum propriæ; Ascensionis præterea, & Feriæ secundæ, & tertiæ Paschatis, & Pentecostes, atque cæterorum Festorum. Unde quamquam ex Romanis Ritibus multa sumpserint, ex septem tamen horis Canonicis Matutinas tantum, & Vespertinas preces, Collectas, Litanias, sed sine invocatione Sanctorum, distributionem

Epi-

(c), id ab Apostolorum instituto ortum minime esse, & diem tantum Do-

Epistolarum, & Evangeliorum per anni cursum, preces, versiculos: *Te Deum laudamus*, *Benedictus*, *Magnificat*, *Pater*, *Kyrie eleison*, *Domine labia mea aperies*, *Gloria in excelsis*, Præfationes, *Quicumque* servaverunt. Namque ex Collectis Sanctorum, quorum officia celebrant, eas dumtaxat retinuere, quæ mera constant historia, & in quibus nulla fit intercessionis, aut invocationis mentio. Hæc autem officia superpelliceo, pluviali, & casulis induti decantant, puerorum choros, Cantores, & Organa adhibentes.

Calvinistæ alium ineunt ordinem: centum quinquaginta psalmos intra duos dies decantant, quibus conventus habetur; Dominica videlicet, & Feria quinta: Dominica 100, Feria quinta 50 canunt. Dominica scilicet die 50 ante Matutinam Concionem, & 50 ea absoluta. Nam Feria V semel tantum conveniunt, psalmosque 25 ante Concionem, & 25 ad ejus finem recitant.

(c) Benedict. XIV de Festis B. Mariæ Virg. Lib. II, cap. 18, §. 7.

Prodiit typis Parisiensibus anno 1693 Tractatus de devotione in Deiparam, & de eo qui debetur illi cultu, qui liber sine Auctoris nomine editus Baillero tribuitur. In ejus cap. 13 agitur de Festo, seu potius de celebratione Sabbati in honorem B. Virginis. Ac Apostolicis quidem temporibus docet auctor, Sabbati cultum ad cultum Dominicæ fuisse traductum, fieri tamen non potuisse, ut Sabbati cultus funditus evelleretur, ne Judæi ab amplexanda Christi Fide deterrerentur; Romanam Ecclesiam, quæ cultum Sabbati semper repudiasset, diu omnem operam frustra contulisse, ut reliquæ Occidentis Ecclesiæ suum exemplum sectarentur, id tandem consequutam esse: persuasit enim populis, Deum eo consilio Sabbatum coli jussisse, & ut significaret quietem animæ omnibus esse expetendam, ac per cessationem a peccatis, quæ fuit vera opera servilia, perturbationes animorum esse pacandas: In animis tamen Fidelium quidpiam devotionis erga Sabbatum remansisse, quo Ecclesia non inutiliter posse uti existimavit, si ex illo cultu quod esset reliquum, ad cultum erga Beatam Mariam converteret. Quo quidem sermone plura continentur, quæ probare si quis velit, haud facile efficiat. Baronius ad ann. Chr. 57, n. 202, & seq. auctoritate S. Ignatii Martyris Epist. ad Philippenses ostendit, in Ecclesia Orientali vetitum fuisse jejunium Sabbati æque ac Dominicæ, in execrationem tum eorum hæreticorum, qui non credentes Christum rediisse ad vitam, die Dominico jejunabant, tum eorum etiam, qui Hebræorum Deum mundi conditorem malum reputantes, in jejunio, & mærore Sabbatum exigebant. Præterea idem Cardinalis auctoritate Constitutionum Apostolorum, (quæ si non Apostolis tribuendæ, dignæ tamen sunt, quas honore & veneratione prosequamur) demonstrat, non solum Sabbato fuisse vetitum jejunare, sed hunc diem tanquam Festum celebrari consuevisse, non quidem in gratiam Judæorum, ne videlicet eorum animi offenderentur, sed ut appareat, Christianos ab execrando eorum errore quam maxime abhorrere, qui Judæorum Deum, quem condito mundo constat Sabbato requievisse, malum esse blasphemabant. Tandem observat in Occidente, Romæ præsertim, fuisse in more positum jejunare in Sabbato; vel quia, ut ait D. Augustinus, Petrus Apostolus Sabbati se munivit jejunio, ut Dominica, quæ proxime consequuta est, cum Simone Mago concertationem illam subiret, qua victor evasit, vel quod Apostoli, ut ait Innocentius Epistola ad Decentium Episcopum Eugubinum post Christi mortem sexta Feria, & Sabbato mærore confecti, sibi a Judæis metuentes delituere; denique illud concludit, eas ob causas Romæ Fideles in Sabbato jejunare solitos, nec illum diem ut Festum celebrasse, ne cum Judæis convenire viderentur; Festivitas enim a Sabbato in Dominicam traslata fuerat. Verba Baronii hæc sunt: *Sed sicut ea die jejunare Fideles Romæ consueverant, ita nefas ducebant eam feriare diem, ne quid cum Judæis hæc*

Dominicam (*d*) communi totius Ecclesiæ consuetudine habitam vere festam fuisse. (S. Ignatius, S. Justinus, aliique apud Walchium in Hist. Eccl. Nov. Test. pag. 400, & 703.) Post Justini tempora plerisque semisacri fuerunt etiam dies quartus & sextus, quoniam illo Salvator noster proditus, hoc in Crucem actus est. (Tertullian. Clem. Alexand.) Exinde plures alii dies in festorum numerum relati, ac ætate progrediente, tot superadditi (*e*) fuerunt, ut jam res Christiana eorum numero nimis onerata esse videatur. (Vid. Constit. Benedict. XIV, 63, ejus Bullar. pag. 303, Tom. II.)

§. IV. Ipsum denique statæ diei tempus divinis laudibus psallendis destinatum indicant allata Plinii verba, nosque admonent illud fuisse antelucanum. Nec ante lucem totam Psalmodiam absolvere, remque divinam conficere potuissent, nisi multa de nocte vigilassent. (Vid. sup. qu. VI, §. 4.) Jure igitur Tertullianus Lib. de coron. cap. 3, Christianorum conventus modo *antelucanos*, modo no-

---

hac ex parte commune habere viderentur. Satisque Christianæ Religioni consultum visum, si (quod Testamentum, ceteraque mysteria translata essent) mutarent etiam Sabbatum in Dominicam, cum ea potissimum dies tot tantisque esset cumulata Sacramentis. Quæ ab Auctore Gallo sunt scripta, si quis cum iis, que Baronius docet contulerit, facile intelliget, illum multa temere asseverare, hunc nihil inconsiderate, nihil non munitum rationibus, & argumentis proferre; nec quisquam fuerit, qui commentis, quæ de hac re Tractatu illo traduntur, fidem adjungat.

(d) Bingham. Orig. Eccles. Lib. XX, Cap. III, §. 3. Enimvero observandum est, quod, licet summa sacrorum in Sabbato, & die dominica esset eadem, in ritibus tamen & cæremoniis nonnihil discriminis intercesserit, & in quibusdam aliis respectibus dies Dominica prælata fuerit Sabbato. *Primum* enim nullas invenias leges, quæ homines in die Sabbati stando orare jubeant. Hæc enim cæremonia erat diei dominicæ peculiaris, in memoriam resurrectionis salvatoris nostri Jesu Christi. Nec *secundo* ullæ leges exstant Imperiales, quæ caussarum actionem, & dictionem hoc die prohibeant. Nec *tertio* ullæ leges, quæ publica spectacula & ludos hoc die fieri vetent, uti die dominico. Nec *quarto* ullæ leges, quæ homines a manuum opere penitus arceant. Contra ea concilium *Laodicenum* canonem habet, qui christianis interdicit judaizare, sive otiari in Sabbato, nisi quoad ob publicum cultum necesse sit: diem autem dominicam honorare in eaque otiari eos jubet tamquam christianos. Quod si qui inventi fuerint judaizantes, anathema pronuntiatur contra illos.

(e) Festivitates dierum Dominicorum, Paschalis, Ascensionis, Pentecostes ab Apostolis celebratas tradit S. Augustinus *ep.* 54, *cap.* 1, *Opp. Tom.* 2, *col.* 124, *edit. Venet.* 1729. Verum Ascensionem Domini nonnuno, & eodem ubique ritu, sicuti observabatur Dies natalis Domini, Pascha, Pentecostes, observatam fuisse, monet Marrenius de antiq. eccles. rit. lib. 4, cap. 28, §. 1, tom. 3, pag. 192, indic. edit. Vener.

Certo statui non posse videtur, quod etiam diem festum Natalis Christi Apostoli instituerint. Et vero Augustinus, uti nunc demonstratum est, cum memorat dies festos ab Apostolis institutos, nullam hujus diei mentionem facit. Prima hujus diei diserta mentio pertinet ad exitum sæculi III, hoc est ad ætatem Diocletiani Imperatoris, quem Nicephorus *Histor. lib.* 8, *cap.* 7, *pag.* 545, *edit. Paris.* 1630, narrat ingentem Christianorum numerum natalem Christi noctu celebrantem igne injecto combussisse. Verum Basilius, & Nazianzenus in iis homiliis; quas de Natali Domini habuerunt, de ea solemnitate tanquam apud omnes jam rece-

nocturnos appellat. Atque hinc orta est illa apud Minutium Felicem Cæcilii Natalis vox, quæ Christianos prædicat *homines deplorata, inlicitæ, ac desperatæ factionis, qui nocturnis congregationibus, & jejuniis solemnibus*,

---

recepta loquuti sunt; quinimmo Chrysostomus *hom. in diem Natalem Christi, tom.* 2, *num.* 1, *pag.* 355, *edit. Parif.* 1718, manifeste repetit hanc solemnitatem ab ipsis ecclesiæ primordiis; & eam jampridem ubique celebratam tradit. Unde confici videtur posse, eam solemnitatem vel ab Apostolis, vel certe a viris Apostolicis fuisse institutam. De Natalis Christi celebritate & antiquitate multa habet Card. Baronius *appar. ad annales circa* fin. num. 23, pag. 475, edit. Lucæ, & multa etiam Franciscus M. Florentinius in vetustissimo suo *Martyrologio exerc.* 2, *pag.* 495, & seq. qui & pag. 201, & 228, de Epiphaniæ, seu Apparitionis Domini celebritate loquitur, atque hunc diem tum in Orientali, tum in Occidentali ecclesia semper celeberrimum fuisse demonstrat.

Martyrum solemnitates antiquissimas esse, & jam sæculo II receptas constat. Jam enim ea ætate S. Policarpi memoria festive celebrabatur, ejusque festus dies agebatur, uti patet ex Smyrnensium epistola ad Philomelienses apud Eusebium *Histor. eccles. lib.* 4, *cap.* 15, *pag.* 171, *edit. Valesii Cantabrig.* 1720. Memorant etiam has martyrum solemnitates Tertullianus *de coron. milit. cap.* 3, *pag.* 102, *edit. Parif.* 1675, & Cyprianus *ep.* 34, *pag.* 48; atque *epist.* 37, *pag.* 51, *edit. Parif.* 1666, mandat clero suo, ut diligenter notetur dies, quo martyres ex hac vita migrant, sibique significetur, *ut*, inquit, *celebrentur hic a nobis oblationes, & sacrificia ob commemorationes eorum*. De hac martyrum veneratione loquitur etiam Augustinus *de Civit. Dei lib.* 8, *cap.* 27, *Opp. tom.* 7, *nu.* 1, *col.* 217, & *contr. Faustum Manichæum lib.* 20, *cap.* 21, *col.* 346, *tom.* 8, *edit. Venet.* 1733, ubi refutat Manichæorum calumnias, qui non verebantur falso accusare catholicos, quod mortuos adorarent. Quod autem de Martyribus dico, idem etiam de Apostolis dictum volo, cum eorum solemnitates ab Ecclesia celebrarentur, potissimum quod pro Christo martyrium pertulissent. In his solemnitatibus legebantur passiones martyrum, quorum dies festus agebatur, Concilium Carthaginiense III, *can.* 47, *col.* 968, *tom.* 1, *collect. Harduini*, atque hæ forte ea de causa dictæ sunt *legendæ*, quod publice in ecclesia legerentur. Habebantur etiam in eorum laudem orationes, quarum sexcenta sunt exempla apud Chrysostomum, Basilium, Nazianzenum, Nyssenum, Augustinum, Ambrosium, Leonem, Chrysologum, atque alios. Paulo serius institutæ sunt Confessorum solemnitates, atque hinc initio solis martyribus publice dicatæ Ecclesiæ sunt, & in diurno Pontificum in formula petitionis dedicationis Ecclesiæ cap. 34, 35, 39, 41, Martyris tantum, non Confessoris mentio est. In Oriente IV Sæculo Hilarionem celebrasse diem mortis Antonii, scribit Hieronymus *in vit. Hilar. cap.* 30, *Opp. tom.* 2, *col.* 31, *edit. Veronæ cit.* & Sozomenus *histor. Ecclesiast. lib.* 3, *cap.* 14, *pag.* 114, *edit. Valesii Cantabrig.* 1720, narrat a Palæstina ecclesia celebratam fuisse solemnitatem plurium confessorum, nimirum Hilarionis Gazæi, Aurelii Anthedonii, Alexionis, & aliorum. Primus in Occidente ex confessoribus publico cultu honorari cœpit S. Martinus Turonensis, qui obiit an. 402, atque hunc cultum probavit Concilium Turonense II, *can.* 18, *col.* 360, *tom.* 3, & Matisconense I, *can.* 9, *col.* 402, *to.* 3 *collect. Harduini*, eique S. Benedictus in Monte Cassino monasterium ædificavit. Contra Jacobus Laderchius edito ab se libro demonstrare conatus est, SS. Confessorum, ac mulierum cultum a prima usque ætate perpetuum in ecclesia catholica fuisse. Equidem non inficior, ab ipsis ecclesiæ primordiis privatum cultum fuisse tributum SS. Patriarchis, Prophetis, Confessoribus, Virginibus, ac Viduis, cum catholica Ecclesia id semper tantum fixum habuerit, non solum martyres, sed etiam cæteros, qui servatis Christi præceptis in ejus dilectione mortui sunt, æternam gloriam consequi, eosque etiam co-

bus, & inhumanis cibis, non sacro quodam, sed piaculo fœderantur, latebrosam, & lucifugam nationem in publico mutam, in angulis garrulam. Consule Christianum Kortholtum in Comm. in Plin. & Trajan. De Christian.

colendos, & invocandos esse, atque hæc a primis usque sæculis Patruum omnium sententia semper fuit. Sed publicus, de quo hic tantum loquimur, cultus citius martyribus, serius autem confessoribus datus ab ecclesia est. Consule Cardinal. Bellarminum *de missa lib. 6, c. 8, pag. 429, §. Tertia objectio tom. 3, edit. Venet. 1721, & Card.* Thomasium *Præfat. ad codices sacramental. Eccles. Roman. num. 5*, & ipsius Thomasii vindicias Panormi editas an. 1723, præsertim cap. 4, pag. 52, & seq.

Benedict. XIV in Tract. De Festis B. M. V. hæc habet cap. VII, §. 1. Tres in honorem Beatæ Virginis Solemnitates Lugdunensis quædam Synodus commemorat, quam affert Gratianus in Can. *Pronunciandum* de Consecrat. Dist. 3, Can. 1: Sunt autem *Purificatio, Assumptio, Nativitas*. Gregorius IX Summus Pontifex in Decretali, *Conquestus*, tit. de Feriis inter eos dies, quibus non licet jus dicere, festa quidam omnia B. Virginis recenset; ea tamen quæ sint, nusquam tradit. Nihilominus ex sermone S. Bernardi I *in Salve Regina*, perspicuum est quatuor ejus ætate in honorem B. Virginis celebratas esse solemnitates: *Quater in anno Ordo noster devotissime concinit*: ad quæ verba Mabillonius Nota 303, tom. 5, & 6, S. Bernardi hæc scribit. *Nimirum in quatuor solemnitatibus in honorem Beatæ Virginis tunc temporis institutis, Purificatione, Annuntiatione, Assumptione, & Nativitate; nam aliæ postmodum inductæ sunt.*

Festi dies vel mobiles, vel immobiles sunt. Mobiles dicuntur, qui non eodem die quovis anno celebrantur, immobiles, qui certis semper diebus hærent, atque hi sunt Natalis Domini, Circumcisio, Epiphania, dies festi Beatæ Mariæ Virginis, & Apostolorum. Dierum festorum mobilium celeberrimus est Paschalis, a quo omnes reliqui mobiles pendent. Pascha antecedit jejunium quadragesimale, ad quod præparantur animi tribus hebdomadibus, quæ proximæ anteveniunt, & quarum prima *septuagesima*, altera *sexagesima*, postrema *quinquagesima* est. Pascha sequitur Ascensio Domini post dies quadraginta, post quinquaginta Pentecostes. Reliqui dies Dominici usque ad Adventum, & ab Epiphania usque ad Septuagesimam numeris distinguuntur.

Ex Festis diebus quidam sunt omnibus per totum orbem christianum, & omni tempore sacri, ut cuncti dies Dominici, Pascha, Pentecoste, cæteræ majores solemnitates; & quidam sunt non ubique, sed a certis tantum Civitatibus, aut provinciis, aut nationibus observati. Ita unaquæque fere civitas suum habet Patronum, cujus festum diem agit cum venia Sedis Apostolicæ, atque in provinciis quibusdam certi sunt festi dies antiquissima majorum traditione constitui. Rursus quidam sunt festi dies, in quibus ubique Christiani & Missæ sacrificio interesse debent, & ab omnibus se abstinere operibus, quæ servilia vocantur, & quidem sunt minus solemnes, in quibus alicubi Christianis, posteaquam divino Sacrificio fuere præsentes, integrum est suis rebus vacare, ac pauperibus licet victum sibi ex suis laboribus comparare.

Dies festos, quos de præcepto omnes in toto orbe Christiani observare debeant, constituit Summus Pontifex, cujus est auctoritas, & potestas in Ecclesiam universam. Idemque diminuit numerum minorum festorum.

Consule Urbanum VIII, Const. Universa 720, *Bullar. tom. 6, par. 2, pag. 341*. Episcopos in sua diœcesi dies festos præcipere posse quidam negant. Sed mihi a Synodo Tridentina *sess. 25, cap. 12, de regular.* hæc facultas Episcopo perspicue concedi videtur; & Urbanus VIII in laudata Constitutione *Universa*, §. 3, monet quidem Episcopos, ut se a novis festis præcipiendis abstineant, ne nimia eorum copia mali aliquid pariat, non tamen ipsis adimit hanc facultatem. Consule Gonzalezium *in cap. ult. num. 17, de feriis*, & Ferrarium

ſtian. primit. Epiſtol. pag. 104, Tobiam Pfannerum Obſervat. Eccl. Part, II, pag. 97, Boehm. Diſſert. Jur. Eccl. antiq. Diſſ. II, §. 1, 2, 3, & Havercampium in Tertullian. Apolog.



QU. IX.

rium *Biblioth. verb. feſta, in nov. addit. num.* 2.

Extant inter epiſtolas ſelectas Cardinalis Bonæ duæ ipſius litteræ, nimirum 258, & 259, datæ ad Jo. Baptiſtam Thierſium auctorem Operis *de dierum feſtorum imminutione*, atque in poſtrema ipſe reprehendit Thierſium, qui putaverat Epiſcopum poſſe in ſua diœceſi tollere dies feſtos in univerſa Eccleſia receptos; atque id tantum a Summo Pontifice fieri poſſe animadvertit. Confer ea de re peculiarem diſſertationem editam a Benedicto XIV, quæ deſcripta eſt in ejus Opere de *canonizatione Sanctorum* lib. 4, par. 2, cap. 16.



QU. IX.

Sacræ Conciones (a) a quo habitæ in secundo Ecclesiarum statu?

§. I. Quod concionandi munus in primo Ecclesiarum statu Presbyterorum humeris insidebat, (Vid. sup. qu. V.) in secundo statu suscepere Episcopi, ac sustinuere. *Ubi Lector desiit, EPISCOPUS admonitionem, & exhortationem ad res tam præclaras imitandas suscipit.* En tibi concionem, quam ab Episcopo haberi consuevisse fidem nobis facit S. Justinus anno 140, Apol. II. Totum igitur hoc pensum sibi sumpserant Episcopi; (Vid. sup. Lib. IV, Part. III, qu. X, §. 3.) nec Presbyteris tantum munus mandabant, nisi ipsi a concionando aut valetudine prohibiti, aut instantis persecutionis vi deterriti fuissent.

§. II. Licet autem cuique Episcopo sua attributa esset Ecclesia, in qua concionandi Officio fungeretur, tamen in more positum erat, ut, si quis Episcopus alterum Episcopum convenisset, peregrinus Episcopus in concionem ascenderet, Evangelicamque doctrinam explanaret. *Rogabis Episcope eum* (Episcopum peregrinum) *ut sermonem habeat apud populum docendi causa; est enim hortatio & monitio hospitum grata, & mirum in modum utilissima.* Constit. Apost. Lib. II, cap. 55. Hujusce moris origo duci posse videtur ex Act. XIII, 14, 15. *Paulus & Barnabas pertranseuntes Pergem, venerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi Synagogam die sabbato.*

(a) Selvag. Antiq. Christian. Lib. II, Cap. XI, §. IV, num. XIV, pag. 104.

Sermones, qui proxime Psalmodiam, Lectionesque de Sacris Scripturis excipiebant, ac præsentibus catechumenis habebantur vulgo nuncupati *Homiliæ* a Græco vocabulo Ὁμιλίαι, quod Sermonem quemcumque significat, sive ab ipso concionatore compositum, sive de libro quodam lectum.

Inter latinos plerumque dicti *Tractatus*, uti ex plurimis Cypriani, Ambrosii, Augustini, Optati, aliorumque locis constat. Hinc Augustinus, & Claudianus Mamertus de Interpretibus Sacræ Scripturæ sub nomine *Tractatorum*; uti de Sacris Scriptoribus sub nomine *Canonicorum*, vel *authenticorum* loquuntur.

Ab Augustino, & Hieronymo, haud semel *Disputationes* adpellantur.

Tertullianus *De Anima* Cap. IX, eos vocat *Adlocutiones*, ubi universum Officium in quatuor partes dividit; nimirum Scripturarum lectionem, Psalmorum recitationem, *Adlocutionum* prolationem, & petitionum delegationem.

In Sacris Litteris, ac præsertim in Epistolis S. Pauli dicuntur διδασκαλίαι Doctrinæ, & Concionatores appellantur Διδάσκαλοι Doctores, quos Vincentius Lirinensis *Commonit.* Cap. XL, observat idem esse, ac *Tractatores* posteriorum ætatum.

batorum sederunt. Post lectionem autem legis, & Prophetarum, miserunt principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri Fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.

§. III. Post Evangelii lectionem dabatur concionandi locus. *Hic mos* (ait Cardinal. Bona Lib. II Rer. Liturg. cap. 7, n. 6.) *nunquam interrupta serie ab initio Ecclesiæ usque ad nostra tempora servatus est, ut proxime post Evangelium sermo, sive homilia, vel tractatus ad populum haberetur*. Verum observandum est (quod plerique minime advertunt) Evangelium bis recitatum fuisse, primo in Missa Catechumenorum, deinde in Missa Fidelium. Porro Missa Catechumenorum tribus constabat, Psalmodia, Concione, Precationibusque pro Catechumenis, Energumenis, & Pœnitentibus (*b*). Psalmodiam interpungebant lectiones tum veteris, tum novi Testamenti, claudebat Evangelica lectio, seu Evangelii *Pericope* (*c*), neque enim omnia Evangelii Mysteria Catechumenis enuntiabantur (*d*). Evangelii denique *pericopem* Episcopi hortatio, & admonitio consequebatur. Hujusce rei vesti-

(b) Constit. Apost. Lib. VIII, Cap. VI. *Cum doctrinæ sermonem finierit, universis consurgentibus, Diaconus in excelsum locum ascendens proclamet*: NE QUIS AUDIENTIUM, NE QUIS INFIDELIUM. Hic Auctor Const. Apostol. loquitur de Infidelibus tantum, & de iis Catechumenis, qui erant in Audientium Classe; Catechumeni vero qui erant in Classe tum genuflectentium, tum competentium remanebant, quibus statim Diaconus indicebat: ORATE CATECHUMENI (genuflectentes). Peractis precibus pro Catechumenis genuflectentibus, Diaconus statim clamabat: EXITE CATECHUMENI IN PACE. ORATE ENERGUMENI, ET VEXATI A SPIRITIBUS IMMUNDIS: quibus precibus absolutis, dimissisque Energumenis, Diaconus statim inclamabat: *Orate illuminandi*, h. e. Catechumeni competentes. Competentibus dimissis Diaconus clamabat: ORATE PŒNITENTES. Hæc in Constitut. Apostol. Lib. VIII, cap. 6, 7, 8, 9, ex quibus manifesto elucet, ad Missam Catechumenorum non solum pertinuisse Psalmodiam, & Concionem, sed & alias preces post Concionem factas. Cum vero in Missa fidelium statim post Evangelium Symbolum recitetur, cui Catechumeni interesse non poterant, patet Constitutiones Apostolicas non loqui de eo Evangelio, quod recitabatur immediate ante Symbolum, quodque ad Missam Fidelium spectabat, sed de eo Evangelio, quod recitabatur statim post Psalmodiam, ante preces Catechumenorum, Energumenorum, & Pœnitentium.

(c) Joann. Henricus Thametus de orig. & dignitat. pericoparum, quæ Evangelia, & Epistol. vulgo vocantur, cap. 1. Legebantur primitus in primitiva Ecclesia certa Evangelii initia, quæ PERICOPÆ dicuntur. Lectione facta, Episcopus de his, quæ lecta erant, edisserebat, & ad imitationem auditores excitabant, & exhortabatur, ut Justinus Apol. II.

(d) Ita intelligendi sont Cardinalis Bona rerum Liturgic. Lib. II, cap. 1, & Albasquinæus Not. in Can. IV Concil. Carthag. III, cum ajunt, Evangelia solis Fidelibus antiquitus lecta fuisse; intelligendi scilicet sunt de Evangelio quod recitabatur immediate ante Symbolum in Missa Fidelium, non vero de Evangelii pericope, quæ recitabatur post Psalmodiam in Missa Catechumenorum, alias eorum sententia nulli firmo niteretur argumento; quin nihil planius apud antiquos Patres, nihilque exploratius occurrit, quam quod lectio Evangelii semper sermonem antecesserit, & quod sermo coram Catechumenis habitus sit; quum & ad horum instructionem spectaret, uti ex Augustino potissimum, & Chryso-

vestigia etiam nunc extant in Officio Matutino, cui finem imponit Evangelica *pericope*, hancque excipit Homilia, h. e. sermo qui olim ad populum habebatur statim ac ad Psalmodiæ calcem decursum erat.



QU. X.

stomo colligere est, qui semper de Evangelii lectione ante homiliam, deque homilia coram Catechumenis habita loquuntur. Vid. Selvag. Lib. II, cap. XI, §. 5, Tom. II, pag. 101.

QU. X.

Quid narras de Sacrificio Missæ in secundo Ecclesiarum statu?

§. I. PRosper Lambertinus in eo Opere, quod de Sacrosancto Sacrificio Missæ concinnavit, Missam Catechumenorum ita distinguit a Missa Fidelium, ut ea quæ ante Symbolum recitabantur, ad Missam Catechumenorum, Symbolum autem, quæque Symbolum subsequuntur, ad Missam Fidelium pertinerent. *Post Evangelium Sacerdos recitat Symbolum. Ab eo incipit Missa Fidelium, seu Missa Sacramentorum.* (Lib. II, cap. VIII, §. 1.) Ego vero Missam (*a*) Catechumenorum brevioribus cancellis circumscribo, neque extra Psalmodiam, Sermonem, aliasque preces, quæ fiebant, antequam Sacerdos ad altare accederet, eam egredi patiar. Fidelium vero Missam a peccatorum Confessione e-dita

(a) Selvag. Antiquit. Christ. Institut. Lib. II, cap. VI, §. 6, pag. 39. In explicando Missæ nomine mirum quot quamque diversæ fuerint Auctorum sententiæ. Alii enim ab Hebræo מסה *Missah* deducunt, quæ vox in Deuteron. cap. XVI reperitur, & *Oblationem* significat; ita Reuclinus, Baronius, Genebrardus &c. Alii ab voce *Mess* derivant, quæ apud Septentrionales significat *Festum*, sive C*ongregationem*; ita Albaspinæus *Lib. II de Eucharist. cap.* III. Alii demum rectius docent vocabulum latinum esse a *mittendo* dictum: est enim *Missa* idem ac *Missio*, sicuti *Remissa* idem ac *Remissio*. Et sane antiquitus generale nomen cujuscunque partis divini Mysterii fuit, tum prioris Catechumenorum, tum alterius Fidelium propriæ, uti mox vidimus. Hinc latinæ Ecclesiæ formula, *Ite Missa est*, Græcæ respondet ἀπολύεσθε & προέλθετε; quæ solemnia erant verba in dimissione primum catechumenorum, & deinde totius cœtus adhibita. Hanc genuinam esse vocis *Missa* originem indubia probant Alcimi, Aviti, Isidori, Rabani Mauri, omniumque veterum Sacrorum Rituum Scriptorum testimonia.

Illud hic tantummodo juvat subnectere, vocem *Missa* aliis quoque sensibus fuisse antiquitus usurpatam: ac 1 pro Officio nocturno, & vespertino, sive Psalmodia, Scripturarum lectione, & precibus antelucano, & vespertino tempore habitis. Hinc Cassianus Lib. II, cap. 13, Missæ nocturnæ mentionem facit, ubi quærit: *Quare post missam nocturnam dormire non liceat.* Et Synodus Agath. de vespertinis simul, & matutinis missis loquitur Can. XXX, *in conclusione matutinarum, & vespertinarum missarum post hymnos capitella de Psalmis dicantur.*

Missæ nomen acceptum reperitur pro ea parte Liturgiæ, cui interesse poterant Catechumeni, unde *Missa Catechumenorum* dicta est. Hinc Concilium Valentinum *Can.* 1, sancivit, ut *Sacrosancta Evangelia in Missa Catechumenorum post Apostolum legantur.*

Pro ea parte Liturgiæ, quæ est ab Oblatione ad finem, unde *Missa Fidelium* dicta.

dita ante Introitum auspicari mihi posse videor Laodicenæ Synodi nixus Testimonio. *Oportet seorsum primum* (ajebant Laodiceni Patres ann. 366, Majorum suorum vestigiis inhærentes) *post Episcoporum sermones Catechumenorum Orationem peragi; & postquam exierint Catechumeni, eorum qui pœnitentiam agunt, fieri orationem. Et cum ii sub manum accesserint, & recesserint, Fidelium preces, sic ter fieri: unam quidem, scilicet primam silentia διὰ σιωπῆς, secundam autem, & tertiam per pronuntiationem impleri, deinde sic, pacem dari.* (Can. XIX.) Ex hoc canone discimus, Missam Fidelium initium suum cœpisse ab arcana peccatorum confessione, quam dimissis Catechumenis, ac Pœnitentibus, hoc modo Fideles ex sese eliciebant. Primum, secedebant in se ipsos, quæque adversus Dei legem, vel cogitarant, vel obloquuti erant, vel patrarant, diligentissime conquirebant, non sine acerbissimo animi sensu, ac dolore omnium maximo. Hic angor ex conscientia peccatorum exortus ab Laodiceno Canone vocatur *prima precatio silentio facta; secunda vero precatio per pronuntiationem* fiebat, cum singuli Fideles, singulorum Sacerdotum genibus advoluti peccata sua secreto expromebant, peccatorumque pœnitentiam obtestationibus, obsecrationibus, deprecationibusque testabantur, ac liberationem culpæ, erratique veniam exorabant. *Tertia denique precatio per pronuntiationem implebatur*, solemni Confessione coram Altari ab Sacerdotibus primum emissa, deinde a populo uno ore repetita, cujus reliquiæ adhuc supersunt in illis formulis, *Confiteor Deo* (b) *&c. Misereatur &c. Indulgentiam, absolutionem, remissionem &c.* quæ

cta est. Hinc Cæsarius Arelat. *Tunc fiunt missæ, quando munera offeruntur, & Corpus, vel Sanguis Christi consecratur.*

Pro Collectis, sive Orationibus in Missa Fidelium legi solitis. Hinc Synod. Milev. Can. XII: *Placuit, ut preces, vel orationes, sive Missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, ab omnibus celebrentur.*

Pro Lectionibus in Officio nocturno cantari solitis, quo sensu *Missam* usurparunt Cæsarius *Reg. cap. XXI*, & Aurelianus Arelatensis *ibidem in Reg.* & præsertim Regula quædam S. Aureliani sic habet: *In Natali Domini, & in Epiphania dicite unum Nocturnum, & facite sex missas de Esaja Propheta.*

Pro ipsa Sancti alicujus festivitate, quæ vocis *Missa* acceptio passim inveniturt apud mediæ ætatis Scriptores, & præsertim apud Ivonem Carnot. in Decreto, Heraldum Turonensem, aliosque, apud quos Missa S. Joannis, vel S. Martini idem est, ac Festivitas S. Joan. vel S. Marrini.

Tandem pro tota Liturgia accipi consuevit omnes, & singulas publici divini cultus partes complectente: quo sensu plurali numero sæpius usurpata invenitur; vel quia duplex vulgo distingueretur Missa *Catechumenorum*, & *Fidelium*, vel quia ejus nomine omnia Divina Officia, omnisque Sacramentorum administratio intelligeretur. Hinc in Regula S. Benedicti de Sacerdote ad habitum, & ad professionem recepto statuitur: *Concedetur ei post Abbatem stare, & benedicere, & Missas tenere*; id est Sacrum celebrare, & Sacramenta administrare. Ad hæc in Synodis Agathensi *Can.* XXI, & Bracarensi I, *Can.* XVI, Missas tenere idem est ac Missas, sive universam Liturgiam celebrare, eique interesse.

(b) Benedict. XIV de Sacros. Missæ Sacrificio Lib. II, Cap. III, §. 10. *Confiteor* Pon-

quæ initio Missæ cum a Sacerdote, tum a Ministro recitantur.

§. II. Habes hic monumentum præclarissimum, luculentissimum, ac locupletissimum *Confessionis auricularis*, quam nostrorum temporum Novatores collectis omnibus viribus a fronte, a tergo, a lateribus obsidere, oppugnare, ac labefactare conantur (c). Non loquitur Concilium Laodicænum de publicis Pœnitentibus, nam antea dimissi erant, uti liquet ex

Pontiano Papæ quidam tribuunt, sed falso. Illud vere dici potest, Apostolicæ Traditionis esse, generatim ut ingenua peccatorum Confessio præeat. Nam Sacerdotes quoque, & Prophetæ veteris Testamenti eam, antequam sacrificarent, Confessionis formulam adhibebant: *Peccavimus Domine, injuste egimus, iniquitatem fecimus*. Formula vero peculiaris hæc, qua nos in Missæ utimur Sacrificio, certe ab anno usque 1300 in usu erat. In Liturgiis S. Jacobi & S. Marci Evangelistæ Sacerdos sua ipsius peccata incipit accusare, quorum deinde a Deo sibi & populo veniam petit. In veteri Ritu Mozarabico nulla erat Confessio, sed locum *Confiteor* aliæ orationes obtinebant, additæ a Cardinali Ximenio. Hæc qui uberius pertractata habere cupiat, adeat Cardinalem Bonam Rer. Liturgicar. lib. 2, cap. 2; Le Brun tom. 1, pag. 127, Grancolas de antiquis Liturgiis pag. 447, Merarum ad Gavantum par. 1, tom. 1, pag. 382, & seq.

Allatius in Symmictis Epistola ad Bartholdum Nihusium, allatis veterum Auctoritatibus, ostendit, eam Liturgiam Jacobi Apostoli genuinum esse fœtum. Et sane eam ut genuinam Ecclesia Græca semper agnovit, & Concilium Trullanum can. 32 præcepit, in Missa vinum cum aqua mixtum esse offerendum, ac ad Apostoli Jacobi provocat Liturgiam: *Nam & Jacobus Christi Domini nostri secundum carnem Frater, cui & Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronus primum est creditus, & Basilius Cæsareensium Archiepiscopus, cujus gloria omnem terrarum orbem pervasit, mystico nobis in scriptis tradito sacrificio ita consecrandam in Divina Missa ex aqua & vino sacrum Calicem ediderunt*, quæ quidem non conjecturæ sunt, sed validissima argumenta, quibus Liturgiæ S. Jacobi sua sinceritas vindicatur. Videatur Card. Bona Rer. Liturgicar. lib. 1, cap. 8, ubi etsi de S. Marci dubitat Liturgia, eam tamen S. Jacobi obfirmate tuetur, & multa eruditionis copia a suppositionis nota vindicat.

Selvag. l. c. cap. 1, §. 2, pag. 147, n. 5

Tacitis his Confessionibus successere deinde formulæ quædam scriptæ, *quas Confessiones, aut etiam Apologias dixere*. Ejus vero, qua adhucdum utimur e Missali Romano, cujus est *initium*, Confiteor Deo Patri &c. *quæ sit antiquitas, unus Egbertus Eboracensis in suo Pœnitentiali subindicare videtur, ubi quædam illius Confessionis verba citat*. Dic ei, *inquit*, cui confiteri vis peccata tua: *Mea culpa*, quia nimis in cogitationibus, loquutione, & opere peccavi. *Vixit autem Egbertus anno MCCXXX.*

(c) Multi quidem adversus catholicam de auriculari confessione doctrinam sunt, semperque fuerunt impetus, & conatus hæreticorum, qui nullo prorsus modo peccandi licentiam coerceri vellent. Ut mittam Valdenses, Albigenses, Wicleffianos in Calvinianis redivivos, Joannes Dallæus Calvinianus Minister libros quatuor contra auricularem confessionem in lucem edidit. Sed ejus, ac cæterorum hæreticorum deliramenta late refutavit, Natalis Alexander *Histor. Eccles. sæc. 13, & 14, tot. dissert. 14, pag. 501, & seq. tom. 8, edit. Venet. cit.* ejusdemque etiam Dallæi ratiunculis, atque commentis satisfecit peculiari tractatu, & responsione Dionysius Sanmarthanus Monachus e Congregatione S. Mauri. Videndi etiam sunt Emmanuel Schelestratus *de Concil. Antiochen. tot. cap. 9, a pag. 231 usque ad 307*, Mabillonius *præfat. ad sec. 3 Benedictin. num. 80, seq. pag. XXXVIII, tom. 3, edit. Venet.* an.

ex iis verbis: *& cum ii qui] Paenitentiam agunt sub manum accesserint, & SECESSERINT*: loquitur de Fidelibus, ac de Fidelium Missa, ejusque initium ordiendum fuisse ait a piaculari Sacramento, quo Fideles suae animae maculas omnes eluerent, & ad sacrum Christi convivium sese compararent. Vid. sup. Lib. III, qu. XXI, §. V. (*d*)

§. III.

---

an. 1734, Juenintus *de sacramen. quaest.* 5, *dissert.* 6, *art.* 2, *cap.* 1, Drouvenius: *de re sacramen. lib.* 6, *quaest.* 5, *cap.* 1, Selvagius *cit.* cap. 12, *per tot.* aliique complures, qui catholicum dogma de auriculari confessione latissime ostendunt. Dallaei, ac caeterorum haereticorum errores novissime renovavit Eybelius libello edito Vindobonae an. 1784, cujus titulus latine redditus est: *Quid continent documenta antiquitatis Christianae de auriculari confessione?* quo quidam libello totus Eybelii labor, & totum ingenium est in recoquenda crambe toties recocta, atque in alienis erroribus describendis. Deterrimum, & dignum homine haeretico librum merito damnavit sapientissimus, idemque optimus Pontifex Pius VI, Apostolicis litteris *Mediator Dei* datis die 11 Novembris 1784. Illud non omittam, etiam hostes sacramentalis confessionis experiundo discere, ac fateri debuisse, quam utilis, quamque necessaria ea sit non tantum ad salutem animarum, sed etiam pro communi Reipublicae bono ad vitia comprimenda, virtutesque inducendas. Hinc, uti narrat Sotus ocularus testis *in* 4, *dist.* 18, *quaest.* 1, *art.* 1, cum propter abrogatam a Luthero sacramentalem confessionem virgines Deo dicatae ex monasteriis ereptae, furta, raptus, adulteria, aliaque multa, eaque gravissima mala erupissent, Norimbergensis Civitas Carolum V Imperatorem publica supplicatione exoravit, ut ibi sacramentalis confessio restitueretur, quoniam tot, ac tantorum scelerum copia nonnisi ex ejus abrogatione processerat.

(d) Fleury de moribus antiq. Christ. Part. I, Cap. XII. Praeter Eucharistiam in eisdem caetibus Christianorum reliqua etiam sacramenta quoad fieri poterat, dispensabantur, Gentilibus eam ob caussam solicita cura inde exclusis. Studiose nimirum Redemptoris nostri praeceptum (Matth. VII, 5.) Christiani observabant, prohibentis *dare sanctum canibus, & mittere margaritas ante porcos*. Eamdem ob caussam Novae Legis Sacramenta alio vocabulo *Mysteria*, id est *Arcana* nominabantur, quae Christiani non tantum Ethnicos, verum etiam Catechumenos, celatum ibant, nec solum ea frequentare illis inspectantibus verebantur; sed etiam, quid clam ipsos fieret, referre, aut sollemnes Sacramentorum formulas coram enunciare, religioni ducebant sibi; multo enim minus editis libris publicare mysteria audebant. Siqua interdum necessitas urgeret, sive pro concione ad populum, sive scripto adito, quod facile ad profanas manus distrahi posset, de Eucharistia aliove Mysterio disserendi, verborum involucris, & aenigmaticis locutionibus omnia tegebantur. Sic in Novo Testamento (*Act. II*, 42, & 46, & *alibi*) *frangere panem* idem sonabat, quod conficere, & distribuere Eucharistiam, phrasi ab Ethnicis nunquam intelligenda. Mos ista plura etiam saecula tenuit, postquam afferta jam in libertatem Ecclesia Dei fuit.

Minime vero novum & insolens videri Gentilibus poterat istud Christianorum in celandis fidei arcanis studium; quandoquidem ipsi etiam Gentiles in profanis suis caeremoniis idem observabant. Qui ad Isidis, Osiris, Cereris Eleusinae, ac Cybeles curanda sacra initiabantur, ad eadem clam aliis tenenda summa religione, & Dirarum omnium proposito metu obligatos sese credebant, & siquid aliquando proderent, pro impiis, & sceleratis habebantur. Exemplum ejus rei perspicuum Apulejus (l. 11.) affert, & Herodotus de diversis ritibus religionis Aegyptiorum aliarumque Gentium, agens, saepe ait, rei quidam rationem haud se ignorare, sed in medium proferre non audere.

Praeter Emman. a Schelestrate egregium opus.

§. III. Poſtquam Fideles piaculari Sacramento divinum Numen ſibi propitiaverant „ ad orientem converſi „ manibus in Cœlum ſublatis preces ordine fundebant pro quibuscunque hominum generibus, ac ſpeciatim pro Epiſcopis, pro Presbyteris, cæteriſque Eccleſiæ miniſtris, nec non pro quavis Eccleſiæ aut Fidelium neceſſitate (Conſtitut. Apoſtol. Lib. VIII, cap. 9.). „ Diaconus ad comprecandum reliquos cohettabatur (Cyprian. Ep. 63.). Tum Sacerdos in preces præibat, populo conſentiente (e) cum *Amen* reſponderet (Conſtit Apoſtol. Lib. VIII, cap. 11). Secundum iſta, Epiſtola, Evangelium, & Symbolum recitabatur. Tum qui aderant viri viris, & feminæ feminis mutua pacis oſcula figebant ad perfectæ concordiæ publicam ſignificationem (Tertull. de Orat. Cap. 14.). Mox ſua ſinguli dona altari offerebant (Conſtit. Apoſtolicar. Lib. VIII, cap. 11.), & Sacerdos omnium verbis Deo illa Sacrabat (S. Cyprian. de Orat.); ex hiſce aliqua pars panis, & vini aqua modice permixti offerebatur tanquam ſacrificii futuri materia (S. Juſtin. Apolog.). Poſtea ad actum ſacrificandi propius ventum eſt (S. Juſtinus ibidem), Sacrificans admonitis præſentibus, ut ad Deum corda erigerent, ut Deo gratias agerent, ejuſque Majeſtatem cum Angelorum omniumque beatorum Spirituum choris demiſſe adorarent, cætera perſequebatur uſque ad inſtitutionis euchariſtiæ narrationem, & formulæ conſecratoriæ pronuntiationem. Hanc Dominica precatio excipiebat, communiter recitari ſolita. Ad extremum Sacerdos Sacra Communione ſumpta, eamdem Diaconorum Miniſterio univerſis, qui Sacrificio intererant, impertiebatur " (f).

opuſculum *de diſciplina arcani*, quod Latinus hujus operis interpres in obſervatione ad hoc caput indicavit; ac Tentzelius P. 11 *diſſert. ſelectar.* fruſtra refellere conatus eſt; vide de hoc argumento Joh. Fileſaici *electa* T. *II*, *pag.* 146, *ſeq.* Abbatem de Moiſsy in opere inſcripto: *La methode*, *dont les Peres ſe ſont ſervis en traitant des myſteres*, D. Vallemont *du ſecret des myſteres*, P. Hermannum Schollinet, cujus librum *diſciplina arcani ſuæ antiquitati reſtituta* prænotatum, editumque 1756, Cl. P. ZALLWEIN maxime commendat T. II *Principior. Jur. Eccleſ.* *pag.* 338, & doctiſſimum P. Martinum Gebbert in Mantiſſa *de arcanis Eccleſiæ traditionibus*, quam an. 1757 *principiis Theologiæ exegeticæ* ſubjecit.

(e) Ritus communionis hic erat. Stabant Fideles, non genuflectebant, manuſque lotas, & in Crucis formam compoſitas ad ſuſcipiendum: ſive a Presbytero, ſive a Diacono ſacrum cibum porrigebant, ut multis probant Bona *l.* 2, *c.* 17, Martenius *l.* 1, *c.* 4, *art.* 10, Antonellius in notis ad S. Jacobi Niſibeni ſermonem XIV, p. 347. Viri tamen nuda manu, mulieres ſubjecto linteolo, Euchariſtiam ſuſcipiebant; qua de re adi Salam in notis ad citatum Bonæ locum p. 371. Antequam autem ſumerent, ſæpe Sanctiſſimum Chriſti Corpus oculis admovebant, ipſa etiam labia, & frontem divini Sacramenti contactu non raro ſanctificabant. Conſule citatum Antonellium in S. Jacobi Niſebeni Sermonem VII, p. 248.

Communionis diſtribuendæ veteres ritus præter Auctores in notis citatos explicant Eſ-

(*f*). Qui vero interesse non poterant, iis a Diaconis, vel Acolythis Domum deferebatur. Semper vero pro Viatico aliquid reservabatur, (*g*) quo ad ineundum longum Æternitatis iter morientes munirentur (Tertull. l. ad Uxor. cap. 5.).

§. IV. S. Justinus in sua Liturgiæ descriptione unum Episcopum sacris operantem inducit; at tota clamat antiquitas (*h*) Presbyteros una cum Episcopo concelebrasse, simul una *oblationis* preces recitasse, una Consecrationis verba pronunciasse, omnes-

Espencæus in opere postumo *de adoratione Eucharistiæ*, & Joh. Maldonatus in Tractatu *de Cæremoniis disp. III, quæst. III, pag.* 179, *seqq.* In Mabillonii præfationibus ad Acta SS. Ord. Benedict. *Sæc. III, P. I, pag.* 55, *seq.* exstat observatio *de Eucharistia manu recepta*, de qua agit etiam Michael Amatus in Dissertationibus historico-dogmaticis an. 1728 editis, *Diss.* IV. Cautissime de hoc argumento legendi Protestantes, ut Auctor *compendii Antiq. Eccles.* a Walchio vulgati *Lib. II, cap.* 4, & Joachim Hildebrandus *in Rituali Eucharistiæ veteris Ecclesiæ*. Helmstadii 1717.

(f) Vid. Martene Lib. I, cap. 1, art. 2, Bonam lib. 2, cap. 17, §. 4, & 5, Boldetum observ. Cæmet Lib. I, cap. 16.

(g) Samuel Basnagius Calvinianus homo *annal, to.* 2, *ad an.* 209, *pag.* 255, *num.* 5, consuetudinem Eucharistiæ in Ecclesia servandæ recentiorem esse arbitratur. Sed Basnagium solide, graviterque refutat Robertus Sala *ad Bonam rer. liturgic. lib.* 2, *cap.* 17, §. 6, *not.* 1, *pag.* 379, & *seq. tom.* 3, *edit. Taurin.* 1753, atque hujus quidem religiosæ consuetudinis antiquitatem ipse etiam agnovit hæreticus homo Josephus Binghamus *origin. eccles. lib.* 15, *cap.* 4, §. 11, *pag.* 409, *tom.* 6, *edit. Halæ Magdeburg.* 1754. Erat autem *receptaculum spiritualis alimoniæ*, hoc est Eucharistiæ, uti loquitur Ambrosius *ep.* 4 *ad Felic. Opp. tom.* 3, *col.* 792. Vas ad instar columbæ, vel turris, ut plurimum, elaboratum, quod aut in præcipuo, aut peculiari altari servabatur; Gregorius Turonensis *de glor. martyr. cap.* 86, *col.* 818, *edit. Paris.* 1699. Concilium Constantinopolitanum sub Menna *act.* 5, *col.* 1319, *tom.* 2 *collect. Harduini edit. Paris.* Interdum etiam Eucharistia pone majus altare ad summum Ecclesiæ parietem ara non supposita, in vasculo patente retinebatur. Paulinus *ep.* 32 *ad Sever. col.* 197, *edit. Muratorii Veronæ* in Baptisteriis supra fontes in pixide, quæ columbam repræsentabat, servatam docet Eucharistiam, quam recenter baptizati accipiebant. Consule Mabillonium *comment. ad ordin. Roman. cap.* 20, *pag.* 139, *to.* 2, *edit. Paris* 1689, Martenium *de Antiqu. Eccles. ritib. lib.* 1, *cap.* 5, *art.* 3, *pag.* 251, Chardonium *Hist. Sacrament. lib.* 3, *cap.* 13. Supra altare autem Eucharistia *non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo*, ut inquit Synodus Turonensis II, *can.* 3, *in Delect. actor. to.* 1, *col.* 367, nimirum non quovis loco, & cujusvis arbitrio, sed in medio altari, & sub crucis titulo posita esse debebat. Sic enim interpretor hunc canonem, qui eruditorum torquet ingenia, neque assentior doctissimis viris Sirmondo, & Mabillonio, qui alias hujus canonis interpretationes ediderunt. Illud hoc loco animadvertendum est, Eucharistiam in Ecclesiis non parochialibus sine venia Sedis Apostolicæ retineri non posse. Benedictus XIV *Constit. Quamvis justo* 7, §. 24, *pag.* 38, *tom.* 3, *edit. Rom. seu Venet.* 1754. Confer Cardinalem Petram *in Constit. Apostolic. ad Constit. I, Urbani IV, sect. un. num.* 29, *tom.* 3.

(h) Selvag. lib. II, Part. II, App. I, §. pag. 204. Publice olim sive Episcopi cum Episcopis, sive cum Episcopis Sacerdotes simul celebrabant. Hinc antiquus ille in Ecclesiis consessus, Episcopi quidem ad medium Apsidis postica Altaris parte; Sacerdotum vero hinc inde ad latera, uti graphice illum descripsit Gregorius Nazianz. Simul enim cum Episcopo considebant Sacerdotes, assurgebant simul, sacrificabant simul.

neſque Corpori & Sanguini Chriſti communicaſſe, ejuſdemque cujus Epiſcopus Sacrificii participes fuiſſe. Vide ſis Morinum de Sac. Ordinat. pag. 3, exercit. 8, Cap. II, & ſeq. Auctor. Apoſtol. Conſtitut. Lib. VIII, Cap. II, & ſeq. pag. 401, Amalar. de Eccleſiaſt. Officiis Lib. I, cap. 12, in Biblioth. Patr. Tom. XIV, pag. 945, Menard. in not. ad Sacramentar. S. Gregorii, Not. 282, col. 337, Opp. S. Greg. Tom. III, edit. Maurin. Paris 1705. Hic mos concelebrandi non omnis interiit, ſed adhuc ſuperſtes eſt apud Græcos, ſpiratque adhuc apud latinos

---

mul. Hinc in *Conſtitut. Apoſt. Lib. VIII, cap. XII*, ubi Liturgicum miniſterium deſcribitur, videas ſemper Presbyteros, Diaconos, atque Hypodiaconos una cum Epiſcopo miniſtrantes, a quo etiam communionem accipiebant; quod tradit idem Auctor. ibid.

Martene Lib. I, Cap. III; Art. VIII, §. 2. *Presbyteri cum Epiſcopo ſimul celebrant*.

Et quidem quod ſpectat ad orientalem, illum in primis videre eſt in Conſtitutionibus Apoſtolorum; quæ toto fere libro 8, Epiſcopum ſacris operantem cum presbyteris ſimul offerentibus deſcribunt, ſed capite præſertim 16, unde & Sanctus Athanaſius Apologia 2 pro fuga ſua Iſchyræ calumniatori ſuo exprobrat, quod numquam cum aliis presbyteris Synaxim fecerit; & Patres concilii Epheſini in Relatione ſua ad Cœleſtinum Papam inter alia ad propoſitum noſtrum hæc ſcribunt (Fratribus itaque noſtris, & comminiſtris, Cyrillo, & Memnoni, quos contumelia affecerunt (Neſtoriani) communicamus omnes, & poſt temerariam illorum ſententiam una cum ipſis ſacris operati ſumus, & operamur, συνελειτουργήσαμεν καὶ συλλειτουργοῦμεν.) In Concilio etiam Chalcedonenſi, Act. XI, Baſſianus modum exponens quo expulſus fuerat ex eccleſia Epheſina ab Epiſcopis, (chriſtiana, inquit, die miſſas celebravimus *omnes ſimul*, & poſt miſſas manus injicientes incluſerunt me) &c. Et infra de Stephano in ſedem ſuam intruſo ſermonem habens dicit: (Stephanus presbyter meus fuit: quatuor annis *mecum miſſas celebrabat*, mecum communicabat, & communicabat mihi tanquam epiſcopo). Egregium vero hujuſce conſuetudinis exemplum nobis ſuppeditat Evagrii Hiſtoria Eccleſiaſtica. Nam lib. 1, cap. 13, narrat quod cum Domnus, qui Antiochenæ civitatis epiſcopatum adminiſtrabat, ad Simeonem Stylitem veniſſet, & ejus vivendi tationem admiratus eſſet: (ambo ſimul convenerant, at cum immaculatum Corpus ſacrificaſſent, vivificam communionem ſibi mutuo impertierunt.) Sic etiam imperante Baſilio Porphyrogenito, (Agapius archiepiſcopus Seleuciæ in Syria factus Jeroſolymorum patriarcha, cum Conſtantinopolim veniſſet, miſſarum ſolemnia celebravit una cum patriarcha Conſtantinopolitano Nicolao, & cum ſacra Synodo) ut legitur in lib. 4 Juris Græco-Romani pag. 294. Denique Joannes VIII, in fine octavæ Synodi ad Photium ſcribens, ſuos apocriſarios excuſat, quod cum ipſo Photio minime conſecrare voluerint. Hæc inter Joannis epiſtolas eſt 221. Qui locus non pro Orientali tantum eccleſia, ſed inſuper pro Occidentali probat. Sed ampliora pro Eccleſia Occidentali proferenda ſunt argumenta. Inſigne nobis exhibet Uranius in Vita S. Paulini epiſcopi Nolani, ubi narrat quod (cum ante triduum, quam de hoc mundo ad cœleſte habitaculum vocaretur . . ., duo ad eum Epiſcopi viſitandi ſtudio conveniſſent, id eſt, Symmachus, & Benedictus, & Hiacinthinus . . . . quaſi profecturus ad Dominum, juſſit ſibi ante lectum ſuum ſacra myſteria exhibere, ſcilicet *ut una cum ſanctis epiſcopis oblato ſacrificio* animam ſuam Deo commendaret.) Aliud habemus apud Gregorium Magnum lib. 6, Epiſt. 31 ad Alexandrinum Antiochenumque patriarchas de legatis Conſtantinopolitanis ita ſcribentem: (Eoſdem vero reſponſales, quia hoc omnino humiliter precabantur, miſſarum ſollemnia mecum celebrare feci.) Idem habet epiſt.

epist. 30, ad Mauricium Imperatorem. Signantius vero hunc ritum Ecclesiæ Romanæ attribuit Amalarius in libro 1, cap. 12. (Mos est, inquit, Romanæ Ecclesiæ, ut in confectione immolationis Christi adsint presbyteri, & simul cum pontifice verbis & manu conficiant.) Quæ verba etiam extant in antiquo MS. Pontificali ecclesiæ Bellovacensis, & in alio Ecclesiæ Rotomagensis, in Ordine observando in Cœna Domini edito a Menardo in Notis ad Sacramentarium S. Gregorii pag. 81. Idemque præscribitur in MS. Pontificali insignis Ecclesiæ Senonensis, cujus caracter trecentos non superat annos. In antiquo etiam Rituali a Morino edito in lib. de Sacris Ordinationibus parte 3, Exercit. 8, cap. 1, num. 4, extat hic titulus *de diversis sacerdotibus super unam oblatam celebrantibus*. Ejusdem ritus testis est Jacobus a Vitriaco in Historiæ Occidentalis cap. 38. (Consueverunt presbyteri cardinales Summo Pontifici in Sacramento altaris assistere, & cum eo pariter celebrare) Idem docet Innocentius III, lib. 4 de Mysteriis Missæ cap. 25, ubi ait, consuevisse presbyteros cardinales Romanum circumstare Pontificem, & cum eo pariter celebrare, cumque consummatum est sacrificium, de manu ejus communionem accipere. Denique Durandus Mimatensis episcopus, qui Innocentio diu supervixit, in Rationalis libro 4, cap. 41, hæc habet: (Verum cum interdum uni pontifici multi sacerdotes concelebrant .... Si forte non simul omnes consecratoria verba pronuncient; quæritur an ille solus conficiat, qui primus illa pronunciat.) Et paulo post, Innocentii verbis mox citatis in medium adductis, addit: (Significantes apostolos, qui cum Domino pariter discumbentes sacram de manu ejus Eucharistiam acceperunt, & in eo quod concelebrant, ostendunt, apostolos tunc a Domino ritum hujus sacrificii didicisse.) Idemque asserit lib. 6, cap. 74. Eumdem morem adhuc hodie vigere apud Maronitas auctor est scriptor Gallicus Historiæ Criticæ cap. 13, quod est de fide, & ritibus Maronitarum.

Amalarius l. 1 de offic. cap. 12: Ut in confectione immolationis Christi adsint presbyteri, & simul cum Pontifice verbis & manu conficiant.

Innoc. III, lib. 4 de mysteriis Missæ, cap. 25: *Consueverunt Presbyteri Cardd. Romanum circumstare Pontificem, & cum eo pariter celebrare, cumque consumatum est sacrificium, de manu ejus communionem recipere, significantes Apostolos &c.* Scripsit hæc Innocent. Sæc. XII spirante, priusquam Pontifex fieret anno 1198.

Ordines Romani 1, & 3, apud Mabillon. Mus. tom. 2, fol. 12, & 58. *Finito offertorio Episcopi stant post Pontificem (ad Altare), primus in medio, deinde per ordinem &c. Et ordine 5, fol. 67. Ducant Episcopum ad Altare, accedantque Presbyteri offerentes &c.*

Constitutiones vulgo Apostolicæ nuncupatæ lib. 8, per tot. & præsertim cap. 16, ritum Episcopi cum Presbyteris celebrantis distincte præscribunt. Ad eum ritum adlusit Bassianus Episcopus Ephesinus in Conc. Chalcedonens. act. undecima, quum adversus Stephanum in ejus Sedem intrusum dixit: *Stephanus Presbyter meus fuit: quatuor annis mecum Missas celebrabat, mecum communicabat &c.* In quæ verba legendus Lupus in appendice ad Synod. Chalcedonensem act. 11, tom. 2 Opp. fol. 289, edit. Venet. Vide locum Simeon. Thessalonic. adnot. seq. Hunc ritum & in Græcis Melchitis adprobat Benedict. XIV Const. 87, tom. 1 Bullarii sui §. 9. In cæteris autem Orientalibus Ecclesiis, ubi adhuc viget, non modo adprobat, sed custodire præcipit const. 47, to. 4, §. 38.

Notandum hic discrimen, quod intercessit inter Ecclesiam Græcam, & Romanam. In Ecclesia Romana quicumque Pontifici concelebrabant, sive Episcopi, sive Presbyteri, eucharistiam sub specie panis ab eo recipiebant, utrique porro in manibus, sed Episcopi stantes, Presbyteri vero genibus flexis, sanguine vero mutuo porrecto calice potabantur. Hunc ritum breviter exponit Mabill. in comm. præv. ad Ordd. Rom. fol. 58. Eruitur autem ex ordinibus ord. 1, fol. 13. *Accedunt primo Episcopi ad Sedem,*

dem, ut communicent de manu Pontificis. Similiter Presbyteri ut communicent post eos. Vid. etiam ord. 3, fol. 60, & ord. 5, fol. 68. *Accedentes quoque Presbyteri communicent, quibus Episcopus dat sacrosanctam hostiam in manus, eamque ad sinistrum cornu Altaris, osculenturque illud, & communicent. Subsequatur etiam eos Subdiaconus cum Calice, donecque illud primo communicanti, qui & tribuat subsequenti, & sic per ordinem unus alteri tribuat, donec omnes confirmet.* Vide etiam ord. 6, fol. 75, ubi & Diaconi manibus accipiunt, Subdiaconi vero ore. Sed quo ad ritum genua flectendi, quum Presbyteri communicant, is recentior esse videtur. Innuitur dumtaxat primum in ordine 14 Card. Jacobi Cajetani, qui pertinet ad fæcul. 14. Ibi enim fol. 312, & 313, quum agitur de communione Presbyterorum, vel Episcoporum, qui ordinati concelebrant, ponitur hoc discrimen. Et quidem dubitat Card. Bona 2, liturgic. 17, an. 8, an stantes fideles omnes olim Eucharistiam reciperent in Ecclesia Occidentali. Id certum a Monachis Occidentalibus ita fuisse receptam, ut Martenius observat ad regulam S. Benedicti cap. 35, qui tamen 1 de ritib. cap. 4, art. 10, nu. 4, generatim docet, flexis genibus communicasse Presbyteros.

At in Ecclesia Græca sive Laici, sive Clerici, sive concelebrantes, sive non, omnes quidem stantes, sed proni, curvique, atque in manibus corpus accipiebant, concelebrantes vero sub utraque specie sibi vicissim porrigebant.

A Fidelibus stantibus acceptam fuisse Eucharistiam in Ecclesiá Orientali constat ex S. Cyrillo Hierosol. catachef. S. Chrysost. homil. in Encænia, aliisque veterrimis monumentis, ut abunde demonstrant Habert ad Pontif. Græcor. pag. 27, Valesius ad Euseb. lib. 7, cap. 9, & novissime Thiers in dissertat. de altaribus. Vide etiam Chardonium tom. 1 hist. Sacrament. lib. 3, cap. 6.

Alter ritus recipiendi in manibus Eucharistiam in utraque Ecclesia olim vulgatissimus erat. Vide Card. Bona loc. laud. adnot. 13, num. 3, Martenium ibid. cit. n. 8, & Chardonium eod. loc. cap. 7. Diserte de hac disciplina in Ecclesia Græca canon. 101 Trullan. in quem vide Lupum tom. 3 Opp. & Simeon. Thessalonic. in lib. de Templ. & Mystagog. prope finem. De hujus ritus mutatione in Ecclesia Occidentali consule Morin. de sac. ordinat. p. 3, exercit. 12, cap. 3, & Martenium loc. cit. Huc fortasse spectabant Dominicalia, seu linteamina Mulierum, sine quibus non licere illis communionem recipere jussit Concil. Antissiodorense can. 42, quod illis can. 36, nuda manu accipere Eucharistiam prohibuerat. Putantur enim linteamina fuisse, in quibus illæ Corpus Dominicum inter ulnas accipiebant, qui tamen mos can. Trullano non videtur probatus. At Baluzius vela potius capiti obvoluta fuisse arbitratur in notis ad can. 19, 33, q. 5, Gratiani fol. 552, edit. Neapolit. 1760, ex varia illius canon. lectione ex alio C. tamquam ex Conc. Matisconensi, quæ habet: *Dominicale supra caput*, & ita legitur etiam in veteri Pœnitentiali. Cangius V. *Dominicalis*. Conciliari tamen utraque sententia poterit, ubi capitalis veli parte aliqua mulieris palma regeretur in Ecclesia Gallicana. Nam in sermone S. Cæsario tributo, qui est 229, in append. Maurina Opp. S. Augustini, sic legitur: *Omnes viri, quando ad Altare accessuri sunt, lavant manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi Corpus Christi accipiunt*; & in Serm. 252 de temp. inter Opp. ejusdem S. Augustin. *Mulieres quomodo nitidum exhibent linteolum, ubi Corpus Christi accipiunt, sic Corpus castum, & cor mundum exhibeant.* Nihil horum apud Græcos ex Can. Trullano, qui nudam manum cujvis materiæ, etiam auro præfert. Quamobrem hunc ritum ab Orientalibus hodieque servari testatur Thevenotius in itiner. Orient. cap. 77, apud Lebrum tom. 2, Liturg. diss. 6, art. 6, illumque haud recte inter errores Georgianorum numeravit Petrus Avitabilis Theatinus in litteris ad Urban. VIII, quas refert Petrus Galanus in reconciliat. Eccl. Armenæ cum Romana apud Bona, & Lupus cit.

nos in Ordinationibus Presbyterorum, atque Episcoporum (*i*).

§. V. Constitutiones Apostolicæ nobis exhibent singulos Fideles, qui Sacrificio intererant, sua Dona Diaconorum manibus Altari offerentes (*k*), eaque Sacerdotum precibus Deo dicantes. S. Justinus nos monet

---

(i) Benedict. XIV de SS. Missæ Sacrific. Lib. III, cap. XVI. In Pontificali Romano, ubi agitur de Ordinatione Presbyteri, præscribitur Episcopo, ut lente & voce paullulum sublata recitet Secretas, ut is, qui initiandus est, eadem verba cum Episcopo proferat, præsertim verba Consecrationis, *quæ dici debent eodem momento per Ordinatos, quo dicuntur per Pontificem*. Postquam vero Episcopus sumsit Corpus, & Sanguinem, Sacerdoti recens Ordinato præbet Corpus: & in eodem Pontificali, ubi agitur de Consecratione electi in Episcopum, præscribitur, ut Episcopus consecrans duas Hostias consecret, quarum alteram ipse sumit, alteram præbet Episcopo consecrando, qui Consecrationis verba eodem tempore profert, quo Episcopus consecrans, a quo suscipit Hostiam, atque etiam partem Sanguinis, qui est in Calice. Apud Græcos in iis Civitatibus, in quibus est unum dumtaxat templum, Sacerdotes, quotcumque ii sint, circumstant Episcopum consecrantem, cum eo omnem recitant Missam, & ab eo accipiunt Eucharistiam sub utraque specie, quam consuetudinem Morinus lib. de Ordinat. Ecclesiastic. part. 3, exercit. 8, refert ad tempora Concilii Nicæni. Idem Morinus loc. cit. n. 7, ait, verba Consecrationis solum a principali Celebrante recitari; quod quidem admitti potest, si intelligat, principalem celebrantem esse solum, qui elata voce Consecrationis verba proferat, minime tamen, si intelligat, a cæteris Concelebrantibus non pronunciari. Quamobrem Juvenin. de Sacramentis differt. 5 de Euchar. Sacrific. qu. 4, art. 3, proposita quæstione: An plures Presbyteri Eucharistiam simul consecrare possint: Respondet affirmando, idque probat producta Græcorum consuetudine, quæ etiamnum viget, quamque describit his verbis: *In Urbibus, ubi unum dumtaxat est Templum, Sacerdotes, quantus sit eorum numerus, Episcopum celebrantem hinc, & inde cingunt, unaque cum ipso totam Liturgiam recitant, ac tandem Communionem sub utraque specie ab ipso recipiunt*.

(k) Benedict. XIV de SS. Missæ Sacrificio Lib. III, Cap. XXI. Mos fuit in Ecclesia, plurium sæculorum intervallo sancte retentus, ut quotquot ad Missarum solemnia convenirent Fideles, suam unusquisque sacrificii partem, hoc est panem, & vinum consecrandum offerrent: ad quem alludens Cyprianus *lib. de oper. & eleemos.* divitem fœminam hoc nomine increpat, quod nihil offerens alienæ oblationis partem sumeret. *Locuples* (inquit) *& dives es, & dominicum celebrare te credis, quæ in dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis*. Eumdemque respexit Augustinus (seu quisquis est Auctor *sermonis olim* 215 *de tempore, nunc* 265, *in app. tom.* 5, *n.* 2.) dicens: *Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit*: atque inde etiam factum est, ut Tertullianus *lib. de exhor. castitat. cap.* 7 omnes Christianos, Sacerdotes dixerit, non quod omnes potestatem haberent consecrandi, sed quia omnes panem, & vinum ad Dei altare offerebant, sicuti egregie explicat Petavius *in diatriba de potestate consecrandi cap.* 1. (*tom.* 4 *Theol. Dogm.*) Tanta porro illius ritus fuit apud Majores nostros religio, ut cum Patres Concilii Matisconensis II, anni 595, deprehendissent, eum pedetentim obsolescere, statim restitui curaverint, *can.* 4 decernentes: *Residentibus nobis in sancto Concilio, cognovimus quosdam Christianos, relicto Fratrum cœtu, a mandato Dei aliquibus locis deviasse; itaut nullus eorum legitimo obsecundationis parere velit officio Deitatis, dum sacris altaribus nullam admovent hostiam. Propterea decernimus, ut omnibus*

net hæc Fidelium dona apud Episcopum deposita fuisse, eaque partim in egentes erogata, partim singulis mensibus in singulos Clericos ex Episcopi, Presbyterorumque sententia distributa fuisse. Hinc *divisiones*

---

bus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur tam panis, quam vini: ut per has immolationes, & peccatorum suorum fascibus careant, & cum Abel, vel cæteris juste offerentibus promereantur esse consortes. Omnes autem, qui definitiones nostras per inobedientiam evacuare contendunt, anathemate percellantur. (*collect. Hard. tom.* 3, *col.* 461.) Neque vero quod a singulis Fidelibus offerebatur, modicum quid erat panis, & vini, quæ postea per Sacerdotem consecrata, atque in Christi Corpus, & Sanguinem conversa, ipsimet offerentes perciperent, sed quilibet, pro sua facultate, plures offerebat panes, cum larga vini amphora, quorum exigua pars consecraretur, & reliqua massa Sacerdotibus, & Clericis cederet, quemadmodum, pluribus allatis monumentis, ostendit Christianus Lupus dissert. 2 procem. ad decret. & Canon. Concil. tom. 3 primæ edit. pag. 183.

Præter panem, & vinum, quæ sacrificio usui erant; aliud ad altare offerre prohibuit *canon* 3. Apostolorum: *Si quis Episcopus aut presbyter, præter ordinationem Domini, alia quædam in Sacrificio offerat super Altare, idest mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra Constitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.* Et quamvis sequens *canon* 4 ejusmodi prohibitionem temperans, offerri etiam permittat oleum, incensum, novas spicas, & uvas; cæteros tamen fructus non ad Altare offerri, sed ad Episcopum mitti jubet, Presbyteris, Diaconis, & Clericis distribuendos: *Ne liceat* autem aliquid ad Altare offerre, præter novas spicas, *& uvas, & oleum ad luminaria, & thymiama tempore, quo sancta celebratur oblatio. Omnis autem alius fructus domum mittatur primitiæ Episcopo, & Presbyteris. Clarum autem est, quod Episcopus, & Presbyteri, Diaconis, & Clericis distribuunt.* Concilium vero Carthaginense III, anni 397, *can.* 24, qui est 37, in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ (tom. 1 collect. Hard. col. 883.) mel, & lac offerri permittit in die Paschalis festivitatis, quo solemne Baptisma celebrari, & egressis a sacto fonte mel, & lac dari consueverat, de quo ritu plura Cardinalis Bona *rer. liturg. lib.* 1, *cap.* 16, *nu.* 3. *Ut in Sacramentis* (ait cit. Concilium) *corporis, & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & vinum aqua mixtum. Primitiæ vero, seu lac, & mel, quod uno die solemnissimo in infantum mysterio solet offerri, quamvis in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, ut a Sacramento Dominici corporis, & sanguinis distinguantur: nec amplius in primitiis offeratur, quam de uvis, & frumentis.* Verum posteriori ætate usus obtinuit, ut nihil quidem, præter panem, & vinum, juxta prisca Patrum decreta, Offertorii tempore exhiberetur, sed vel ante Missam, aut ante Evangelium, sive statim post Evangelium, liceret Fidelibus, quidquid vellent in Sacerdotum commodum ad Altare offerre, quod ex Reginone *lib.* 1 *de Ecclesiast. discipl.* recte colligit Martene, *de antiquis Eccl. ritib. tom.* 1, *lib.* 1, *cap.* 4, *art.* 6. Duo pariter oblationum genera commemorant Capitularia Caroli Magni lib. 6, cap. 305, & magis aperte antiquissima Liturgia Æthiopum, quam ad hunc ritum comprobandum adducit Honoratus a Sancta Maria *in suis animadvers. in regulas, & usum Criticés tom.* 2, *lib.* 4, *dissert.* 4, *art.* 6, oblationes factas ante Offertorium ab illis distinguit, quæ fiebant, dum Offertorium canebatur.

Sed num inter cætera, etiam pecunia sive ante Missam, sive ante Offertorium prioribus sæculis ad Altare offerri soleret, ignoramus. Scimus enimvero ab Ecclesiæ incunabu-

nes illæ menſurnæ, quarum meminit (*l*) Cyprianus, quæque tunc temporis eumdem in Eccleſia locum tenebant, quem noſtris temporibus *Beneficia Eccleſiaſtica*. Qui modo nominantur *Clerici Beneficiarii*, tum vocabantur *Fratres Sportulantes*; quæque nunc dicitur *Suſpenſio a Beneficio*, tunc appellabatur *Suſpenſio a Diviſione Menſurna*. (Vid. ſupra qu. VI, §. V.)

§. VI Magna eſt opinio, Apoſtolos in re divina facienda, vulgari popularique lingua uſos eſſe, proindeque Hieroſolymis Hebraicum, Antiochiæ atque Alexandriæ Græcum, Romæ Latinum ſermonem uſurpaviſſe (*m*); Apoſtolorum vero Succeſſores ab eo, quod ab Apoſtolis factum erat, ne latum quidem unguem diſcedere auſos, eaſdem poſtea linguas in ſuis liturgiis ſemper retinuiſſe. At inquam ego: In toto terrarum Orbe, quem Apoſtoli prædicatione luſtravere, nulla ne alia vernacula lingua, quam Hebraica, Græca, & Latina? Aut ſi plures aliæ linguæ vernaculæ, cur non & plurium aliarum linguarum Liturgiæ? Cur vero illas in medium non profers?

nabulis in ſingulis Chriſtianorum Eccleſiis expoſitam fuiſſe Arcam, quam Baronius ad an. 44, n. 69, *Gazophylacium* appellat, in quam pecuniæ a Fidelibus inferebantur: ejuſmodi arcæ meminit Tertullianus Apol. cap. 39, inquiens: *Si quid arcæ genus eſt, non de ordinaria* (al. honoraria) *ſumma quaſi redemptæ religionis congregatur, modicam unuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cum velit, & ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit: nam nemo compellitur, ſed ſponte confert*. Et Juſtinus Apolog. I ad Antoninum Pium n. 67, quaſi rationem reddens pecuniæ, quæ in Eccleſiæ Gazophylacium conjiciebatur, ait: *Qui abundant, & volunt, ſuo arbitrio, quod quiſque vult, largiuntur, & quod colligitur apud eum, qui præeſt, deponitur, ac ipſe ſubvenit pupillis, & viduis, & iis, qui vel ob morbum, vel aliam ob cauſam egent, tum etiam iis, qui in vinculis ſunt, & advenientibus peregre hoſpitibus; uno verbo, omnium indigentium curam ſuſcipit*. Ubi *indigentium* nomine etiam Eccleſiæ Miniſtros Juſtinum comprehendiſſe minime dubitamus. Illi ſiquidem ex Fidelium oblationibus alebantur, & incredibile videtur, quod ex ſolo pane, & vino ad Altare oblatis potuerint omnia ſibi ad vitæ ſubſtentationem neceſſaria comparare. Eumdem morem deponendi pecuniam in Gazophylacio commemorant Auguſtinus *ſerm.* 356, (*tom.* 5 *Oper.*) *num.* 13, & Paulinus *Epiſt.* 34, *ſive* ſermone de *Gazophylacio*, quorum proinde teſtimonio conſtat, labente ſæculo IV, & decurrente V, illum perſeveraſſe.

(*l*) Cyprian. Epiſt. XXXIV, al. XXXIX. Presbyterii honorem deſignaſſe nos illis jam ſciatis, ut & ſportulis iiſdem cum presbyteris honorentur, & *diviſiones menſurnas* æquatis quantitatibus partiantur; &c.

Cypr. Ep. LXVI, al. L. (*p.* 109. *edit. cit.*) Quæ nunc rario, & forma in clero tenetur, ut qui in Eccleſia domini ordinatione clerici promoventur, in nullo ab adminiſtratione divina avocentur, nec moleſtiis & negotiis ſæcularibus alligentur, ſed & in honore *ſportulantium fratrum*, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari, & ſacrificiis non recedant &c.

Idem Epiſt. XXVIII, al. XXXIV. (*pag.* 41.) Interim *ſe a diviſione menſurna tantum contineant*, non quaſi a miniſterio eccleſiaſtico privati eſſe videantur, ſed ut integris omnibus ad noſtram præſentiam differantur.

(*m*) Cardinal. Bona de reb. Liturg. Lib. I, cap. 5, §. 4. Aſſerendum videtur, Apoſtolos, eorumque Succeſſores eo Idiomate in ſingulis regionibus uſos, quod tunc illis commune, ac vernaculum erat, & ita Hieroſolymis Chaldaicæ, Antiochiæ & Alexandriæ, & in aliis Græcorum Civitatibus

fers? Cur aliquod saltem ex tot, tamque multis fragmentum non edis? (n)

Illud igitur statuendum nobis est, Ecclesiam, quamdiu unos Judæos sinu suo exceperat, tamdiu Hebraicam tantum linguam in Mysteriis celebrandis adhibuisse; postquam vero Ethnicos etiam complexa fuit, tum & Græcum sermonem ad divinorum Mysteriorum celebrationem attulisse, (Vide sup. qu. VI, §.III.) nec antea Romanorum lingua Sacris operatam esse, quam publica libertate, ac Romana Civitate donata fuit. Qui Romanam, Occidentalemque Ecclesiam initio statim divinum cultum latine persolvisse contendunt, afferant illi Liturgiam aliquam latinam, quæ primi, aut secundi sæculi latinitatem redoleat. Nam quæ circumferuntur *Vulgata* antiquiores, ætatem Hieronymo, aut Hilario haud multo majorem sapiunt. Qui contra sentiunt, aut latinæ linguæ gustum non habent, aut communi rationis
sensu

tibus Græce; Romæ vero, & in toto Occidente Latine celebrasse.

Nititur hæc mea assertio antiquissimæ, & immemorabili Ecclesiæ consuetudini. In occidente enim uon inveniuntur antiquæ Liturgiæ nisi Latinæ. In oriente vero, quamvis multæ diversarum linguarum nationes sunt, quæ Christiana professione censentur, veteres tamen Liturgias non habent, nisi Græca, qua Græci, & Melchitæ, & Chaldaica Lingua, qua Maronitæ, Nestoriani, & Jacobitæ per varias provincias dispersi utuntur. Vid. Robertum Sala in not. ad huuc Bonæ locum uot. 6, pag. 85.

(n) Objiciunt, *Antonium Abbatem*, teste *Athanasio in ejus Vit.* licet litterarum rudem, ac tantum patrium sermonem i. e. Ægyptiacum callentem, audito tamen Evangelio, suis divenditis, in solitudinem secessisse; tum S. Nicetæ, ac S. Sabæ Archimandritæ exemplum producunt, qui vernaculis lluguis in suis Monasteriis peragi Liturgias sciverunt. Verum quis sibi persuadeat Alexandriæ Ægyptiaco idiomate sacram Σωάξ γ celebraram fuisse, cum contrarium sexcentis in locis innuat Athanasius, ac expressius Hieronymus *Præfatione in Paralip.* dicat Codices LXX Virorum per Hesychium emendatos legisse Alexandrinos. Quare (ut jam non dicam Græcum sermonem Alexandriæ, ut Romanum Africæ pene vulgarem fuisse quod omnes norunt) profecto Jesu Christi præceptum de bonorum in pauperes erogatione saltem per sacros *ἑρμηνευτὰς Interpretes* audire potuit Antonius, quos Alexandriæ præsertim fuisse, qui Græca Coptice redderent e suggestis, testatur vetus *Glossarium Copticum* apud Renaudotium *loc. cit.* Ad exemplum autem Nicetæ, ac S. Sabæ Archimandritæ, distinguendum censeo inter Missam Catechumenorum, & Missam Fidelium. Illa Precibus, Orationibus, ac Psalmodia constabat, hæc Evangeliorum lectione, ac *τῶν πιστῶν εὐχαῖς precibus Fidelium*, augustique sacrificii Immolatione. Porro priorem Missam, i. e. Hymnos, ac Psalmos ut patrio sermone decantarent Monachi, Theodosium, ac Sabam indulsisse non diffitemur, uti nunc quoque aliquot in Ecclesiis sacras preces vulgo effundi compertum est, at alteram, i. e. Missam Fidelium non item. Quod expresse subnectunt tam Theodorus Petræorum Episcopus, qui S. Nicetæ, quam Cyrillus Scythopolitanus, qui S. Sabæ exempla scriptis prodidere. Ille enimvero in ea Epistola *ad Naudæum* data hæc subdit. *In sacræ vero communionis Synaxi Missæ seriem ad Evangeliorum sacrorum Lectionem in propria lingua singulis ab initio et. tunc omnes... in magnam Græcorum congregantur Ecclesiam, ibique divinorum Mysteriorum participes fiunt.* Post Hymnodiam ergo, ac preces omnes longe gentium Monachi in Magnam Græcorum Ecclesiam convenie-

sensu sunt expertes. Quid quod Latinorum Missa adhuc græcissat (o)? Nonne ab illis vocibus Κύριε ἐλέησον initium facit? Nonne Romæ etiam nunc solemnioribus anni diebus Epistola, atque Evangelium Græce concinuntur, non tam ad Ecclesiarum consociationem alendam, ut quidam putant, (nam ad id non solum sermo Latinus ac Græcus, sed etiam Hebraicus necesse esset) quam ad quamdam pristini moris memoriam retinendam? Verum enimvero si Petrus, & Paulus in Sacris faciendis apud Romanos latina dictione usi sunt, cur non & in Epistolis ad Romanos scribendis latina scriptione? Cur vero illæ Græcis litteris exaratæ fuerunt? Cur S. Irenæus Lugdunensis Episcopus ad Victorem Romanum Pontificem Græcam epistolam dedit? Cur non latinam? Concludendum igitur est, Romanam liturgiam primis Ecclesiæ Sæculis non Latinorum, sed Græcorum ore esse locutam.

QU. XI.

---

veniebant, ibique græcæ Liturgiæ, quamvis ejus ignari intererant. Eadem reperies in cit. loco *Cyrilli Scythopol. in Vit. S. Sabæ*, nempe Armenos Monachos tempore oblationis divinæ cum Hellenistis convenisse, & divina participasse Mysteria.

(o) Benedict. XIV, de Sacrif. Missæ Lib. II, Cap. II, §. 11. Et sane dubitari non potest, morem olim fuisse, ut in Missa Evangelium, Prophetiæ itidem & Epistolæ duabus legerentur linguis. Certe in Ecclesia Romana quibusdam diebus Prophetiæ, Epistolæ & Evangelia Græca & Latina legebantur, ut videre est apud Martene loc. cit. num. 6, & etiam nunc, Romano Pontifice solemniter celebrante, recitatur Epistola primum latine a Latino, deinde græce a Græco Subdiacono, & Evangelium latine a Latino, subinde græce a Græco Diacono cantatur. Vide Thomassinum tom. 1, lib. 2, cap. 82, num. 3.



QU. XI.

Quid affers de tertio Cannonicorum statu?

§. I. Finis sæculi III initium attulit tertio Ecclesiarum statui. Vertente sæculo III, in singulis Diœcesibus Christianorum numerus adeo creverat, ut unius Templi angustiæ eos capere non amplius possent. In id igitur res redierat, ut necesse fuerit Ecclesiarum numerum augeri. Quamobrem non amplius in singulis Diœcesibus singulæ Ecclesiæ, (Vid. supr. Lib. IV, Part. III, qu. VI.) sed in una, eademque Diœcesi, atque adeo in una eademque Urbe plures Ecclesiæ extrui cœperunt, quæ tamen Cathedrali obsequentes essent, ac secundas agerent. Ut autem essent, qui in secundis hisce Ecclesiis rem divinam peragerent, verbum Dei explanarent, sacra administrarent, ab Ecclesia Cathedrali missitabantur Presbyteri, qui hisce muneribus fungerentur, quin tamen suum locum, dignitatem, & rem in Ecclesia Cathedrali amitterent (a).

§. II. Innocentius I, (an. 404.) in ea quam ad Decentium Eugubinum scripsit Epistola rem hanc planissime, & apertissime illustrat: *De fermento, quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, CUM OMNES ECCLESIÆ NOSTRÆ INTRA CIVITATEM SINT CONSTITUTÆ, quarum Presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, ideo fermentum a nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut se a nostra communione maxime illa die non judicent separatos.* (Ep. I, *cap.* 5, apud Labæum Concil. Tom. II, pag. 1247.) Ex hisce Innocentii verbis tria intelligimus. I Romæ tunc temporis plures secundarum partium extitisse Ecclesias: *Cum omnes Ecclesiæ nostræ intra Civitatem sint constitutæ.* II Illas in Presbyterorum fidem ac curam concessisse: *Propter plebem sibi creditam.* III Hosce Presbyteros suam pri-

(a) Thomass. Part. 1, Lib. III, cap. IX, pag. 598, §. 13. Venio ad Ecclesias Græcas, ubi illud primum edocet Justinianus in Novellis, Constantinopoli unam primo dumtaxat fuisse Ecclesiam, cui postquam tres aliæ accesserunt, tum prioris illius ministros in has per vices missitari solitos, ut divina ibi munia obirent. *Quoniam quidem non proprios Clericos, neque una quidem harum trium habeat Basilicarum, sed communes sunt, & Sanctissimæ majoris Ecclesiæ & earum, & omnes circumeuntes, secundum quemdam ordinem, & circum ministeria in eis celebrant.* In ea autem Novella præfinit Imperator, quo esse debeant numero Clerici cujusque ordinis in Ecclesia majori, a quibus & in Ecclesiis quoque aliis sacra impleantur per vices ministeria. Nimirum Presbyteri sexaginta, Diaconi centum, quadraginta Diaconissæ, Subdiaconi nonaginta, Lectores centum, Cantores viginti quinque, atque ita Clerici qua-

jus Canonicale Catholicorum.

 drin-

pristinam in Ecclesia Episcopali dignitatem retinuisse: *Quia eo die nobiscum convenire non possunt*. (Vid. infra Lib. VII, ubi denuo hunc Innocentii locum sub incudem revocabimus.)

§. III. Hujusce disciplinæ præclarissima vestigia adhuc habemus in Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in quibus, & veteris Presbyterii, & priscorum Parochorum expressam imaginem intuemur (*b*).

QU.

---

dringenti, & viginti quinque omnino, præter Ostiarios centum.

Selvagius Lib. I, pag. 299, edit. Patav. 1780. Duo sunt observanda: primum nullos antiquitus Presbyteros, vel alios Clericos ad peculiares in eadem Civitate, vel Diœcesi Ecclesias fuisse alligatos, at vero ad harum Ministerium de Ecclesia Matrice, seu Cathedrali fuisse indiscriminatim adhibitos.

Berard. J. E. U. Part. II, Diss. 1, cap. 1. Observo opus tum fuisse, ut quidam Clerici, aut Diaconi causa oblationum, vel prædiorum diœceses lustrarent, aut Sacerdotes prout res incideret, fideles constitutos in vicis divinis Mysteriis recrearent, singuli tamen brevi ad Cathedralem Ecclesiam redituri: tum vero Clerici illi adhuc adscripti dicebantur Cathedrali Ecclesiæ, a qua nonnisi ex temporaria causa aberant, propterea que eodem jure, quo cæteri in Cathedrali Ecclesia perpetuo residentes censebantur.

(b) Thomass. Vet. & Nov. Eccl. Discipl. P. I, Lib. III, cap. VII, pag. 593, §. VIII. Præcipue autem antiquissimi illius Cleri, & hodiernorum Capitulorum discrimina erant istiusmodi. 1 Non constabat Clerus ille nisi Presbyteris, & Diaconis. 2 Presbyteri, & Diaconi hi, Parochi ipsi erant, & Pastores omnium Civitatis Ecclesiarum, aut si necdum essent divulsæ a Cathedrali Parochiæ, in ea ipsa Parochorum munia omnia implebant. 3 Ipsa sua ordinatione hunc gradum, & hanc dignitatem consequebantur. Nam Presbyteratus & Diaconatus, peræque ac Episcopatus, Beneficia erant, non Ordines tantum, & id genus erant Beneficia, quibus incumberet salutis animarum cura, pro suo certe modo. 4 Clerus etiam nunc Romanæ Ecclesiæ formam præ se fert splendidissimam expressissimamque ejus Cleri, qui olim singulis in Cathedralibus Ecclesiis Episcopo copulabatur. Constat enim Romani Pontificis Clerus Presbyteris, Diaconisque Cardinalibus, seu Titularibus Ecclesiarum omnium Romæ Parochialium Parochis, cum Pontifice, & sub Pontifice conspirantibus, & collaborantibus Romano in Consistorio, de negotiis omnibus, quæ ex Pontificia spiritali ditione, ex universo, inquam, Christiano orbe Romam referuntur.

Auctor est Socrates post obitum Attici Constantinopolitani Episcopi Presbyteros Philippum, & Proclum studiis nobilium subnixos quidem illos fuisse, & suffragiis, sed Sisinnium, qui Presbyter erat, seu Parochus Ecclesiæ in Suburbio sitæ, quo populus quotannis pergebat ad Ascensionis Dominicæ celebrationem, populi favore primas tulisse, atque in Episcopale conscendisse fastigium urbis Regiæ. Ex quo patet, Parochos Civitatis Clero Episcopali accensos fuisse, Presbyterisque Cathedralibus suas fuisse Ecclesias in Civitate, quarum Parochi essent, tam Constantinopolis, quam Romæ. *Sisinnius presbyter non in ulla Ecclesia intra urbem ordinatus, sed in suburbio*. Hilarius in primam Pauli Epistolam ad Timotheum, in unaquaque Civitate esse debere ait Episcopum, septem Diaconos, & Presbyteros eo numero, ut duo possint ad quamlibet Ecclesiam delegari: *Septem Diaconos, aliquantos Presbyteros, ut bini sint per Ecclesias*. Augustini Valerii Episcopi Hipponensis unus primo fuit Presbyter. Factus autem Episcopus novem in Clero suo Presbyteros habuit, præter Diaconos.



QU. XII.

Essare aliquid de divina Psalmodia, de Missæ Sacrificio, deque Concionibus, quæ habebantur in tertio Ecclesiarum statu.

§. I. Divina Psalmodia, quæ tribus prioribus sæculis latebras quæritare, & noctis tenebris se se tegere coacta fuit, tandem Sæculo IV, cum Ecclesia e servitutis fluctibus emersit, publica luce frui cœpit, & nocturnas antelucanasque horas cum antemeridianis, pomeridianisque commutare, Sacrasque Ædes magnifico apparatu instructas & ornatas festis solemnibusque vocibus complere. Nec Ecclesia, libertate, Romanaque Civitate donata, sat habuit jura Civitatis cum Romanis habere communia, sed linguam etiam, voces, sermonemque cum iis communem habere voluit. (Vid. sup. qu. X, §. 6.) Tunc igitur factum est, ut Psalmi, aliique sacræ Scripturæ libri, precesque liturgicæ latinitate auctæ fuerint, eoque magis, quod Græcæ linguæ studium in Latio ad pauciores redactum jam esset. (Vid. sup. Lib. I, qu. XXII, §. 6.) Itaque in Occidentali Ecclesia divinæ laudes non amplius Græca, sed latina lingua exaudiri cœperunt, non ea quidem latina lingua, quæ hominibus e vulgo arreptis, ac femellis usitata, sed ea, quæ ab liberalibus, ac ingenuis viris in scholis ediscebatur.

§. II. Ad conciones quod attinet, Episcopi videntur hisce temporibus Presbyteros in hujusce oneris societatem vocasse, vel, ut melius dicam, in pristinum suum jus eos restituisse. (Vid. sup. qu. V, §. 2.) Neque solum iis Presbyteris, qui secundariis præerant Ecclesiis, concionandi munus mandatum (a), sed etiam iis, qui Episcopi lateri adhærebant; datumque, ut in ipsa Cathedrali Ecclesia coram ipso Episcopo

(a) Concil. Vasens. II, cui præfuit S. Cæsarius Arelatensis Episcopus ann. 529, apud Harduin. Tom. II, pag. 1106, can. 2. Hoc etiam pro ædificatione omnium Ecclesiarum, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris potestatem: ita ut si presbyter aliqua infirmitate prohibente per se ipsum non potuerit prædicare, Sanctorum Patrum homiliæ a diaconibus recitentur. Si enim digni sunt diacones, quod Christus in Evangelio locutus est, legere; quare indigni judicentur, Sanctorum Patrum expositiones publice recitare?

po verba facerent (*b*). In Oriente primum ad hoc munus acciri Presbyteri cœperunt. Ac Chrysostomus, cum adhuc Presbyter esset Antiochenæ Ecclesiæ, dicitur *Egisse vices Episcopi in prædicatione Verbi Dei;* & Origenes init. Lib. serm. testatur, se sæpenumero jussum fuisse ab Episcopo sermonem ad populum habere. In occidente Augustinus primus fuit, qui adhuc Presbyter a Valerio Hypponensi Episcopo dicendi provinciam accepit (*c*).

§ III. Missæ Sacrificium non amplius, uti superioribus Sæculis, in una Episcopali Ecclesia peractum est, sed etiam in aliis minoribus Ecclesiis, ab iis tamen Presbyteris, qui in Cathedrali Ecclesia stipendia merebant; omnesque oblationes, quæ a Fidelibus in minoribus hisce Ecclesiis fiebant, Episcopali Ecclesiæ obveniebant. Atque, ut publicum esset monumentum, quod testaretur, hasce minores Ecclesias, & Fideles qui ad hasce Ecclesias ventitabant, & Presbyteros, qui in eis rem divinam faciebant, omnes Episcopalis Ecclesiæ partes esse, ac membra, unumque cum ea corpus conflare & efficere, quique Presbyteri in aliis Ecclesiis celebrabant, perinde esse, ac si cum Episcopo in Cathedrali Ecclesia adhuc concelebrarent, *Fermentum* (*d*), seu Eucharistia, quasi quædam *Concelebrationis* tessera ab-

Ca-

(b) Hieronym. ad Nepot. epist. 2. Pessimæ consuetudinis in quibusdam Ecclesiis tacere Presbyteros, & præsentibus Episcopis non loqui, quasi aut invideant, aut non dignentur audire.

(c) Possidius in vita Augustini. Eidem presbytero potestatem dedit, coram se in Ecclesia Evangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi contra usum & consuetudinem Ecclesiarum Africanarum. Unde etiam ei nonnulli Episcopi detrahebant, sed ille vir venerabilis, ac providus, in orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens, utilitati Ecclesiæ consulens obtrectatorum non curabat linguas, dummodo factitaretur a presbytero, quod a se Episcopo impleri minime posse cernebat.

(d) Lib. Pontif. apud Labbæum Tom. II Concil. pag. 1016. Sanctus Melchiades constituit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex Consectatu Episcopi dirigerentur, quod declaratur *fermentum*.

Sanctus Siricius *constituit, ut nullus Presbyter missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur FERMENTUM*.

Innocentius in Epist. ad Decentium cap. 5, apud eumdem Labbæum pag. 1247. *De fermento*, inquit, *quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra Civitatem sint constitutæ. Quarum Presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt; idcirco FERMENTUM a nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut se a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia nec longe portanda sunt Sacramenta: nec nos per cæmeteria diversa constitutis Presbyteris destinamus, & Presbyteri eorum conficiendorum jus habent atque licentiam*. De sensu atque intelligentia horum trium decretorum Melchiadis, Siricii, atque Innocentii inter Scriptores summa dissensio est.

Sunt, quibus videatur *Fermenti* voce designari Eucharistiam, ut Claudio Espencæo De adoratione Eucharistiæ lib. 2, cap. 4, Sirmondo in Disquisitione De azymo cap. 5, Joanni Card. Bonæ lib. I Rer. Liturgic. cap. 23, §. 16, ubi tamen *Fermentum* sumit pro fermentato, dissentiens a Sirmondo, qui scribit, *Eucharistiam* Fermentum *ex eo dictam, non quod ex pane esset fer-*

men-

Cathedrali ad alias minores Ecclesias mittebatur, cujus participes fierent. (Vid. infra qu. XVI, §. 3.) *De Fermento* (verba sunt S. Innocentii I.) *quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra Civitatem sint constitutæ, quarum Presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut se A NOSTRA COMMUNIONE MAXIME ILLA DIE NON JUDICENT SEPARATOS.* Miraris Eucharistiam per Acolythos (*e*) delatam fuisse? Omnem admirationem tibi adimet S. Joannes Damascenus, qui de S. Tarsicio Acolytho hæc cecinit:

Tar-

---

mentato, sed quod ipsa quocumque ex pane fieret, Ecclesiis, ad quas mittebatur, Fermenti vicem præstaret, eisque unionis inter se vinculum esset, sicut Fermentum Massæ, cui commiscetur. Sirmondo prorsus accedit Christianus Lupus in dissertat. De S. Leonis IX Actis, cap. 9, accedit & Mabillonius in dissertat. De Azymo cap. 10, sed vult alia de caussa Eucharistiam appellatam *Fermenti* vocabulo, nimirum *ut nomine obscuro profanis celaretur tantum mysterium*: cujus sententiæ est etiam Schelstratus de disciplina Arcani cap. 7, art. 5. Vide laudatum Mabillonium Commentarii in Ordinem Romanum cap. 6, pag. 38.

Non pauci arbitrantur, *Fermentum* illud esse Eulogias, seu panem benedictum. In his Anselmus Episcopus Havelbergensis, qui lib. 3 Dialog. cap. 15, ait, *Constitutum hoc Romanorum Pontificum Melchiadis, & Siricii non de Fermentata hostia, sed de Eulogiis potius intelligendum videri, quæ per singulos Dominicos dies per Ecclesias distribui jubentur.* Consentit Baronius ad an. 313, §. 49, Nicolaus Card. Cusanus, Binius, Theophilus Raynaudus, Franciscus Macedo, Antonius Dadinus Altaferra, & Joannes Cabassutius.

Scriptorum, quos hactenus nominavi, electos locos, & verba ipsa recitat Joannes Ciampinus, de perpetuo azymorum usu in Ecclesia Latina cap. 4; & cap. 5, affert novam expositionem Josephi Mariæ Thomasii existimantis, *Fermentum* nihil aliud fuisse, *quam Eucharisticum panem, seu Dominicum corpus, quod mittebatur in calicem, ubi Christi sanguis aderat, sicut etiam hodie in Calicem Sanctum particula seu fragmentum injicitur. Atque hunc opinandi modum collegisse se ait ex pervetusto Ordine Ecclesiastico Monasterii S. Galli.*

Petrus Coustant. tom. 1 Epist. Rom. Pont. pag. 340. *Hinc Eucharistia sic missa cur* Fermenti *nomine donata sit, satis intelligitur. Fermenti quippe vicem gerebat, quatenus Ecclesias, ad quas mittebatur, sicut fermentum massam, cui commiscetur, cum Episcopo suo in uno Christi corpore copulabat atque uniebat. Porro istam oblationis ab Episcopis consecratæ particulam a Presbyteris in calicem tunc missam esse, cum in Missa dicebant,* Pax Domini sit semper vobiscum, *hoc est eo ipso tempore, quo etiam nunc hostiæ consecratæ minor particula in calicem a Presbyteris demittitur, ex antiquis Glossis in Decretalis a Mabillonio nostro,* Analect. tom. 4, pag. 60, *citatis comperimus.*

Novam quoque interpretationem affert Honoratus a S. Maria tom. 2 Animadversionum in Regulas & usum Critices lib. 4, dissertat. 4, art. 3. Dicit enim, *Fermenti* nomine non Eucharistiam, sed potius Eucharistiæ materiam intelligendam esse, panem scilicet, vinum, & luminaria, quæ necessaria sunt ad Missam celebrandam. Ducit hanc conjecturam ex Decreto Joannis III, & Gregorii III.

(*e*) Deferebant Acolythi Eucharistiam in sacculis, ut notat eximius Mabillonius ad ea verba Octavi Ordinis Romani, ubi Acolythos recepisse legitur *sacculum supra planetam.*

Tarsicium sanctum Christi sacramenta ferentem
Cum malesana manus peteret vulgare prophanis,
Ipse animam potius voluit dimittere casus,
Prodere quam canibus rabidis. Cœlestia membra.

Is nimirum priscis temporibus vigebat mos, ut non solum Presbyteri, & Diaconi, sed etiam minores Clerici, quinimmo & Laici ipsi, sive viri, sive fœminæ SS. Eucharistiam nudis suis manibus exciperent (*f*) ac sumerent. (Vid. qu. X, num. 6, prope calcem)

§. IV.

---

netam. Quamvis opinari liceat sacculos non fuisse immediatum continens. Eucharistiæ, sed eamdem prius vasculis quibusdam inclusam, in sacculos inde immissam fuisse, ne fragmenta disperderentur. Quæ hodierna etiam Græcorum consuetudo est, Allatio teste Ep. I ad Morinum de Templ. recent. Græci, & Auctore Operis inscripti: Perpetuité de la foi &c. Lib. III.

(f). Cyrillus Hierosolymitanus catechesi mystagogica, quæ est de sacra Liturgia, modum ritusque suscipientium Eucharistiam ita describit. *Accedens autem ad communionem non expansis manuum volis accede, neque digitis disjunctis, sed sinistra veluti sedem quandam efficias dextera quæ tantum regem susceptura est, & concava manu suscipe Corpus Christi, dicens Amen.* Idem decretum tulit Sexta Synodus, & Paulus Paciaudius Hagiothecium edidit, in quo S. Maria Ægyptiaca eo modo ac figura exprimitur, Corporis & Sanguinis Christi vivifica dona a Zosimo Abbate excipiens. Nuda etiam manu fuisse exceptam ex viri cujusdam facto a Cypriano memorato constat; nam ille quum se idolothytis prius maculavisset, ad sumendam Eucharistiam postea accessit, apertisque inde manibus præter cineres nihil invenit. *Sanctum Domini edere, & contrectare non potuit; cinerem ferre se apertis manibus invenit.* Atqui ii Patres, qui hoc modo sanxerunt recipiendam esse Eucharistiam, nihil adversum stabilivisse dicendi sunt summæ illi reverentiæ, qua erga Eucharistiam jugiter affecti fuerunt primi Christiani. *Nostis*, ajebat Origenes, *qui divinis mysteriis interesse consuevistis, quod cum suscipitis Corpus Domini cum omni cautela, & veneratione servatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur.* Eadem innuunt Græcorum, & Latinorum Veterum Liturgiæ, quæ ex perpetuis, & vetustis Ecclesiæ utriusque traditionibus manaverunt. Ac quidem ut nuda manu Eucharistia sumeretur, congruum Patribus visum est, qui hac ratione Christianos a cædibus, ab idolorum cultu, a rapinis, aliisque sceleribus avocare, atque absterrere nitebantur, verissima oratione Christianos sæpe admonendo, ne qui manibus attrectarent Sacro-sanctam Eucharistiam, iisdem postea ad scelera abuterentur. Cogitabant etiam manum hominis, ad Dei imaginem facti, cuivis esse corporeæ materiæ, aut instrumento præferendam. Quo momento persuasi Trullanæ Synodi Patres quorumdam divitum, & hominum ambitiosorum inventa perstrinxerunt, qui Eucharistiam in pretiosis receptaculis accipiebant. *Si quis*, inquiunt, *immaculati Corporis in synaxis tempore esse particeps voluerit, & offerre se ad communionem, manus in Crucis formam figurans sic accedat, & gratiæ communionem accipiat. Eos enim qui ex auro, vel alia materia, quædam loco manus receptacula efficiunt, & per ipsam immaculatam communionem recipiunt, minime admittimus, ut qui inanimatam subjectamque materiam Dei imagini præferant.* Qua etiam ratione ductus Lucianus Martyr, se rem haud ingratam Deo facturum credidit, si in carcere altari mensaque carens, supra proprium pectus consecraret Eucharistiam. Hæc constans & perpetua Orientalium disciplina fuit, ut scilicet nudas manus ad recipiendum panem Eucharisticum extenderent. In Occidente primis sæculis variam disciplinam de hac re extitisse plerisque persuasum est ex quibusdam Conciliorum, &

Pa-

§. IV. Redeo ad Oblationes, quæ, pace Ecclesiæ reddita, magna fundorum, præ-

Patrum decretis, quibus jubentur fœminæ cum *Dominicali* seu velo albo ad Ecclesiam accedere, subjectisque eidem manibus communionem accipere. Sed hæc recentiora sunt, quam ut disciplinam veterem monstrare possint, tum varia rerum earumdem lectio est apud diversos scriptores. Sane *Dominicalis* nullum vestigium adparet in vetustissimo Hagiothecio, nec illius ullam mentionem fecit Auctor Constitutionum Apostolicarum cum ordinem præscripsit communionis, monuitque solum mulieres *ne operto capite, ut ordinem earum decet, accedant*. Quod velum non subtile esse debebat, quale quarumdam virginum erat, quas reprehendit Tertullianus, quia *illex est libidinis, & acuit curiositatem propius videndi subcandicantem sub eo cutem*. Censemus proinde virorum juxta ac mulierum parem fuisse in recipienda Eucharistia consuetudinem primis temporibus: quæ postea vero de *Dominicali* fœminarum inducta sunt, aut de velo, quo juxta Apostoli mandatum velare caput suum mulieres debent, esse intelligenda, aut si alicubi Dominicali receperunt Eucharistiam, serius id fuisse mandatum, nec universalem, receptamque ostendere consuetudinem Ecclesiarum. Lavisse autem manus suas Christianos omnes antequam communicarent Christi Corpori non est pluribus ostendendum. Nam qui antequam orationem inciperent id in more positum habebant, neglexisse nefas erit dicere cum Eucharistiam manibus attrectarent. Altius illorum cordibus, quam cæterorum illud erat inditum Hesiodi, *Illotis manibus sacra tractare nefas est*. Sacerdotum apud Judæos mos abluendi manus antequam sacra contingerent, Deo jubente commendatus, notissimus est. Idem antequam sacra sua sed profana attrectarent Ethnici facere consueverant. Plurima exempla prostant apud Theophrastum, Macrobium, Homerum, Persium, Juvenalem, Plautum, Sophoclem, & Virgilium, apud quem Æneas nefas esse profitetur tractare sacra, quum primum e bello tum venisse, donec se flumine abluerit.

Tu Genitor cape sacra manu, patriosque penates,
Me bello e tanto digressum & cade recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Extructis Ecclesiis amplissimis, & comparatis iis omnibus, quæ congrua erant ac necessaria primorum temporum disciplinæ, vascula etiam ante earumdem fores in atriis collocata sunt, quibus se purgare Christiani possent, antequam in Sanctuarium ingrederentur. Meminere hujusce moris Tertullianus, Socrates, Eusebius, Sozomenus, Synesius, & Paulinus, qui *Canthari* nomen hisce fontibus inditum significavit, cum ita scripsit:

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantumque manus lavat amne ministro.

Quare autem Ecclesia primis sæculis laicis concesserit manibus accipere Eucharistiam, numquam vero iisdem permiserit sacrorum vasorum contactum, quæ Sacrificio inserviebant, rationem exhibet Morinus satis probabilem, & congruentem; Corpus nimirum Christi rem esse sacrificatam, actionem vero, per quam panis fit Corpus Christi, esse Sacrificium. At vero de ratione sacrificiorum est, si demas holocaustum, ut sacrificio adsidentes illius fiant participes, ut ex sacris litteris habemus. Christi igitur corpus, quod est omnium sacrificiorum veritas, & perfectio, ab omnibus participari debet, & ideo contingi. Deinde Christi Corpus, sive Eucharistiæ Sacramentum est veritas, cujus figura erat apud Judæos agnus paschalis, quem unaquæque familia comedere tenebatur. Denique jubet Christus in Missæ institutione omnes accipere, consequentet & contingere. Corpus igitur contingi a fidelibus absolutæ est necessitatis: immo ideo fit panis corpus Christi maximo cum miraculo, ut contingatur a nobis, & contactu suo nos sanctificet, atque disponat ad immortalitatem. Eadem erit consequentiæ vis, si Corpus Christi in sa-

prædiorum, possessionum accessione auctæ (g) sunt, quarum omnium rerum cura, & administratio erat penes Episcopum, qui Ecclesiæ rem per Œconomos tuta custodia septam tenebat, nec Presbyterio inconsulto in Ecclesiastici ærarii dispensatione quidquam extra ordinem sibi licere audebat. Ordo autem hic erat, ut ex Cathedralis Ecclesiæ ærario, in quod aliarum etiam Ecclesiarum pecuniæ & fructus inferebantur, singulis diebus, aut mensibus sua; omnibus cunctarum Ecclesiarum Administris stipendia penderentur, egestate deperditis vitæ subsidia mitterentur, quæque cultui divino necessaria erant, compararentur. Verum Episcopi (*h*) ejusque Œconomorum fides suspicione laborare cœpit, ac

sacramento consideretur, quatenus scilicet animarum nostrarum medela, & φάρμακον est, prorsus contactus est necessarius, & ejus participatio. Sed vasorum longe dispar ratio est: nulla est laicis imposita necessitas ea contrectandi. Nihil est illis cum vasis commune: nulla cum iis participationis & unionis realis utilitas. Nulla figurarum cum veritate relatio. Quapropter jure potuit hujusmodi contactus prohiberi. Populus e carnibus sacrificiorum participabat, vasa tamen sacra tangere prohibebatur. Vasorum ministeriis deputati erant Levitæ; populi subsidio nihil erat opus. Verum concesso parem esse utrobique rationem, quod esse non potest; in iis quæ sunt institutionis Ecclesiasticæ, alterum colligi non potest esse prohibitum ex alterius prohibitione; potissima enim ratio hujusmodi prohibitionum est penes voluntatem & arbitrium instituentis. Sufficere debet legem de uno latam esse, de altero nullam. Quæ Morini momenta satis causas indicant, ob quas antiquitus laicis attrectare manibus Eucharistiam concessit Ecclesia, hodieque etiam iisdem in os immittit panem Eucharisticum, quin tamen unquam sacrorum vasorum contactum ipsis concesserit, aut putaverit concedendum. Optima erit primorum sæculorum disciplina, sed consequenti tempore justis æquisque de causis aliam longe diversam induxit Ecclesia propter summam, ac legitimam, quam hisce in rebus habet, potestatem.

(g) Ecclesiam etiam ante Constantinum fundos possedisse, hæc suadent. Euseb. de vita Constantini lib. 2, cap. 29: *Omnia ergo, quæ ad Ecclesias recte visa sunt pertinere, sive Domus, ac possessio sit, sive agri, sive horti, sive quæcumque alia, restitui jubemus.* Idem Eusebius lib. VI narrat, cum Paulus Samosatenus morem gerere detrectaret decreto Concilii Antiocheni, nec DOMO ECCLESIÆ excedere vellet, jussisse Aurelianum Imperatorem illi eam dandam esse, ad quem Episcopi Italiæ, & Romanus Episcopus rescripsisset: *iis demum tradi præcipiens, quibus Italici Christianæ Religionis Antistites, & Romanus Pontifex scriberent.*

(h) Thomassin. Vet. & N. Eccl. Discipl. Part. III, Lib. II, cap. XIII, §. 1. Gaudentius Aufinii Episcopus non simoniacas modo Ordinationes fecerat plures, sed ne præscriptas quidem regulas servaverat in redituum Ecclesiæ communium distributione. Certior factus est rei Pontifex, Severum Episcopum delegavit, ut quarta tantum parte proventuum gaudere sineret Episcopum, quartam partem alteram addiceret Clero, reliquas duas partes consimiles pauperibus & reparationibus desponsas Onagro Presbytero committeret, sub periculo sui Ordinis eas administraturo. *Simul etiam de reditibus Ecclesiæ*, vel oblatione fidelium quid deceat nescienti, nihil licere permittat, sed sola ei ex his quarta portio remittatur; de Ecclesiasticis Fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, ab Onagro Presbytero sub periculo sui Ordinis ministrentur, ultima inter se Clericis pro singulorum meritis dividatur.

Eam Constitutionem quadripartitæ sectionis innovavit Gelasius, ubi Episcopis præcepit, ut quartam proventuum Clero adjudica-

ac leoninam olere societatem. Quapropter Sæculo V non amplius unum, sed quatuor in singulis Episcopalibus Ecclesiis æraria esse decretum fuit. Primum Episcopo victum & cultum suppeditabat; Alterum Ecclesiarum impensas sustentabat; Tertium Clericorum sumptus tolerabat; Quartum denique egentissimorum hominum egestatibus prospiciebat. Horum omnium Ærariorum administratio mansit penes Episcopum ejusque Œconomos, ita tamen ut quodlibet Ærarium sua onera ferre deberet. At neque hoc semper res stetere loco.

Nam Sæculo sexto ea insolescere cœpit consuetudo, ut Clericis præclare de Ecclesia meritis prædiola qua-

---

dicarent: *Sicut dudum rationabiliter est decretum*: veritoque Clero, ne quid ultra sibi arrogaret: *Sic Clerus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum*. Non reditus tantum certi, sed & quotidianæ oblationes ita distribuebantur. *Tam de reditu, quam de oblatione fidelium.* Sed illud hic vel maxime observandum in hac Gelasii Epistola, quod cum fabricarum & pauperum portiones Episcopo permittantur dispensandæ, arbitro uno Deo & judice: admonetur ille tamen tam conspicuas & omnibus obvias esse debere ejus erogationes in egenos, & Ecclesiarum reparationes, ut & maledicentissimi quique obmutescere cogantur. *Ea vero, quæ Ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata locorum doceat instauratio manifesta Sanctorum, quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum Præsul impendia his destinata convertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri.*

Simillimum ergo veri est locum non fuisse quadripartitæ illi distributioni, nisi quinto demum sæculo. In Conciliis & Pontificum prioribus Epistolis de ea verbum sit nullum.

Ecclesiæ Orientalis Concilia & Patres de istiusmodi partitione meminere nusquam; nec ulla ibi Episcopis lex imminere visa, quam suæ ipsorum abstinentiæ, temporalium contemptionis, sapientiæ, & charitatis. Canones Antiocheni Episcopo copiam faciunt, ut de proventibus Ecclesiæ tantum delibet, quantum sibi opus erit, si vere egeat, non ut quartam eorum partem in suos traducat usus. Unde nec aliam ei delineant regulam, nisi ut de consilio Presbyterorum, & Diaconorum omnia temperet. Excandescit Isidorus Pelusiota in Presbyteros, & in Episcopum, avaritiæ suæ sordibus, & rapinis infamem, sed nihil hic sonat de canonica portione, vel pauperum, vel aliorum quorumvis. Egit Palladius non semel in vita Chrysostomi de coercitis ab eo rerum Ecclesiæ profusionibus; sed nec canonicarum usquam meminit portionum, & totum unius Episcopi providentiæ committit, & sapientiæ & charitati, ut Cleri pauperumque necessitatibus prospiciat.

Non solius autem Ecclesiæ Cathedralis suæ res & proventus dispensabat Episcopus per Diaconos, vel Œconomos suos, sed & omnium Parochiarum urbis & ruris totius Diœceseos suæ. Qui etiam supra laudati sunt Apostolici, Ancyrani, & Antiocheni Canones, nullos limites objiciunt potestati Episcopi in dispensandis oblationibus, reditibus, & bonis Ecclesiæ, sive ruri, sive in urbibus; totum ei subjiciunt, quidquid illud est rei temporalis, totum ab eo volunt per Presbyteros, & Diaconos adgubernari. Videre excipi posse, tum editos esse Apostolicos, & Ancyranos Canones, cum nullæ dum essent ruris] Parochiæ, cum una esset tota Diœcesis Cathedralis Ecclesia. At indubium est Antiocheni Concilii tempore plures jam & Civitatis, & urbium, & ruris Parochias fuisse; cum hujus tamen Concilii Canones om-

quædam ad tempus fruenda traderentur (*i*), quo tempore elapso, ea prædia ad Ecclesiam redibant, ac in pristinum alveum revolvebantur, non amplius inde egressura, nisi aliud nova Ecclesiæ utilitas, aut necessitas poposcisset. (Concil. Agathense can. 7, & Can. 22, col. 999, & 1000, Tom. 2 Coll. Concil. Harduini, Aurelianense I, can. 23, Col. 1011, ibid. Symmachus P. Epi. 5 ad Cæsar. Arelatens. Cap. 1, col. 425, Tom. 5 Concil. Labb. edit. Ven. & can. 61, c. 16, q. 1.) En tibi Beneficiorum (*k*) lineamenta: quibus postea inducti colores, additæ umbræ,

---

omnium prorsus dispensationem uni Episcopo committant.

Conjici hoc ipsum posset ex Decretis, quibus bonorum partitio præscripta est. Illa enim aperte declarant, Episcopi jam id muneris fore, ut reditus proventusque omnes in quatuor partes scindat omnium prorsus Diœceseos suæ Ecclesiarum. Nec usquam enim mentio fit partitionis specialis Parochiarum agrestium, vel urbis, si quæ in urbe essent a Cathedrali sejunctæ.

(i) Synodus Agathens. an. 506, Can. VII. *Minusculas vero res, aut Ecclesiæ minus utiles peregrinis, vel Clericis, salvo jure Ecclesiæ, in usum præstari permittimus*. Et Can. XXII. *Presbyteri, vel Clerici, salvo jure Ecclesiæ, rem Ecclesiæ, sicut permiserunt Episcopi, teneant; vendere autem, aut donare penitus non præsumant*. Tum Synod. Aurelian. I, Can. XXIII. *Si Episcopus humanitatis intuitu vineolas, vel terrulas Clericis, vel Monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas*.

(k) Duarenus De Sacris Ecclesiæ Ministeriis, a Beneficiis Lib. II, Cap. I, ad calcem. Dispensatio facultatum Ecclesiasticarum Episcopo commissa fuit. Verum ob cupiditatem quamdam parum recte ac sincere administrantium, canones veteres modum rationemque dispensandi ipsis præscripserunt, nempe ut quatuor partes tam oblationum quam aliarum quarumcumque obventionum fiant: quarum una pauperibus distribuatur: altera Clericis: tertia in ædificatione templi impendatur: quartam episcopus retineat hospitalitatis exercendæ causa. Sed, ut est rerum humanarum conditio in eodem statu numquam permanentium, hæc communium rerum distributio ad extremum antiquata prorsus, & sublata est, ac singulis ministeriis certi reditus adjuncti & assignati, quibus ministri, tanquam re propria fruantur, eosque ipsi arbitrio suo dispensent, atque administrent sine ullius aut Diaconi opera, aut Episcopi auctoritate: & hos reditus ministeriis attributos hodie vulgo *Beneficia* appellamus: cujus verbi significatio & origo plenius infra discutietur. Quam partem abstulerint pauperes in hoc, ut ita dicam, familiæ herciscundæ judicio, mihi nondum plane compertum est, tametsi quid ipsis hic acciderit, & quam humaniter accepti sint, satis suspicor. Sed hac de re alias erit opportunior dicendi locus.

De Origine facultatum ecclesiasticarum, admirabilique earum incremento & ut possessiones omnes ac reditus, qui ante communes erant, divisi sint, & certis ministeriis assignati, satis demonstrasse videmur superiori capite. Cur autem Beneficium appelletur certa illa reditum portio, quæ cuique ministerio obtigit, videndum est. Nam plerique hanc vocem ut barbaram omnino & ineptam refugiunt, & Sacerdotia malunt, quam beneficia hos reditus appellare. Verum nisi fallor, sacerdotium pro munere, ac dignitate magis, quam pro reditu aut obventione accipi videtur apud Latinos auctores. Et constat hæc sacra stipendia non tantum sacerdotibus, sed aliis etiam ministris concedi. Animadvertendum igitur est, moris fuisse veteribus prædia quædam, ac possessiones militibus tribuere, ut hoc beneficio devincti animosiores ad Remp. tutandam redderentur. Id factum ab Alexandro Severo testis est Lampridius, quem, & alii

bræ, ac postrema demum accessit manus (l).

QU.

alii Imperatores ante Justinianum secuti sunt, ut ex eorum constitutionibus apparet. Meminit & prædiorum hujuscemodi militarium Constantinus quidam Imperator apud Harmenopolum, eaque στρατιωτικὰ κτήματα, & στρατιωτικὰς τόπους vocat. Quibus perquam affinia sunt ea, quæ ob fidem & obsequium fruenda conceduntur, moribus non Longobardorum modo, a quibus hoc prædiorum fruendorum genus manasse ad nos videtur, sed etiam nostris, & omnium prope totius Europæ populorum, ac gentium. Et hæc quidem prædia non inepte *beneficia* a quibusdam appellata sunt, & *beneficiarii*, qui ea possident. Nam & beneficiariorum militum mentio est apud Cæsarem in Comment. sensu haud omnino dissimili, & apud plerosque alios auctores, quorum pura Latinaque est oratio. Hunc vero morem qui in rebus profanis receptus erat, imitati sunt ecclesiastici viri, & prædia possessionesque ob ministerium Ecclesiæ singulis ministris adscriptas Beneficia vocaverunt, (quæ utinam beneficia plerisque hodie non sint) quia post eam, de qua jam diximus, divisionem hi reditus Ecclesiastici magnam cum illis militaribus, prophanisque beneficiis affinitatem habere credebantur; id quod alio in loco ostensurus sum. Itaque non tantum de ministeriis, sed etiam de beneficiis ecclesiasticis hoc nostrum σύνταγμα inscribere voluimus, ut veterem simul & novam loquendi consuetudinem in Ecclesia titulus indicaret. Nam ita hoc argumentum apud veteres tractatum offendimus, ut ministerii fere mentio fiat, non proventus aut stipendii alicujus. At postquam honos non onus affectari cœpit, & quæstus est habita ratio magis, quam muneris atque officii, una cum moribus hominum mutata est loquendi ratio. Ut exempli gratia: solebant ita disputare antiquiores, ut quærerent, qui Ecclesiæ ministrum ordinare, & quis ordinari deberet. Recentiorum vero quæstiones hæ sunt vulgo usitatæ, quis beneficium conferre, & cui conferri possit &c. Quod igitur primarium ac præcipuum merito habebatur quondam, id nunc accessionis cujusdam locum vix obtinet, qua in re tanta est indignitas, ut eam dissimulare nemo bonus possit. Nam si Plinius suo tempore conquestus est ex gemmis confici vasa, in quibus aurum accessio esset, cum gemmæ vasis aureis accedere soleant, quanto justior hac de re futura est bonorum virorum querela? Hoc autem ideo hic adjicere volui, ut ostenderem, veteres canones de ministeriis loquentes, quamvis ætatem, ut ita dixerim, non ferant, & magna ex parte antiquati sint, tamen ad hanc disputationem de beneficiis plerumque trahi posse. Hinc natæ sunt illæ theses: Qui potest ordinare, potest beneficium conferre. Qui potest ordinari, potest beneficium capere, & contra. Qui non potest ordinare, non potest beneficium conferre. Qui non potest ordinari, non potest beneficium capere. Ordinationem vero hic late accipimus, pro quacumque ad sacrum ministerium aliquod, aut munus ecclesiasticum promotione, ut ante explicatum fuit.

(l) Ex MS. Anon. Beneficium Ecclesiasticum ita definitur: Jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis propter aliquod officium spirituale, personæ Ecclesiæ, auctoritate Ecclesiæ institutum. Cujusmodi definitio nobis aperit quinque qualitates, quæ omnes ita concurrunt ad constituendum beneficium, ut si vel una desit, beneficii Ecclesiastici ratio cesset. Prima est, ut beneficium sit auctoritate Ecclesiæ, seu Episcopi institutum. Quare Capellaniæ, quæ quandoque nulla interveniente auctoritate Ecclesiæ eriguntur, dicendæ sunt piæ Donationes, vel legata pia, non autem beneficia Ecclesiastica, & Laicalibus potius quam Ecclesiasticis rebus sunt adnumerandæ. Secunda ut detur propter aliquod officium spirituale, quemadmodum dari solet Parocho ad exercendam curam animarum, vel Canonico ad decantandas divinas laudes. Tertia, ut conferatur ab homine Ecclesiastico, puta a Summo Pontifice, vel Episcopo. Laicus enim, utut ex jure Patronatus possit præsentare ad beneficium, non tamen potest beneficium conferre. Quarta, ut de-

M 2 tur

tur non Laico, sed Clerico hoc est initiato saltem prima tonsura. Quinta, ut detur in perpetuum, hoc est ad vitam beneficiati, non ad tempus, seu ammovibiliter, ut vulgo dicunt, ad nutum Superioris. Variæ sunt beneficiorum Ecclesiasticorum divisiones, has hic præcipuas dabimus. Prima desumitur ex genere hominum, quibus ea destinantur, atque hinc dividuntur beneficia, in curata, quæ scilicet habent curam animarum, quæque etiam duplicia appellantur; & simplicia, quæ scil. curam animarum non habent, quamvis aliquando habeant onus residentiæ, ut in Canonicis, semper autem ex constitutione Pii V importent onus recitandi saltem officium parvum B. M. V. si eorum possessores non teneantur ex Ordine recitare officium divinum. Secunda desumitur ex modo quo conceduntur; atque hinc dividuntur in Electiva, quæ scilicet per legitimam electionem conferuntur, confirmatam a superiore legitimo; in patronata, quæ ad præsentationem patroni tribuuntur, & subsequentem prælati institutionem; in Collativa, seu libera, quæ nimirum a libera superioris Ecclesiastici collatione dependent, nulla præmissa, vel electione, vel præsentatione. Quamquam hæc ipsa si curata sint, post Decretum Concil. Trid. sess. 24, cap. 18, de reformat. nonnisi per concursum possunt conferri. Tertia demum desumitur ex gradus amplitudine, atque hinc dividuntur in beneficia majora, cujusmodi sunt Pontificatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, & ut pluribus placet, etiam Abbatiæ; & in minora, cujusmodi habentur omnia, quæ recensitis sunt inferiora. Quo loco obiter notare juvat discrimen, quod inter hæc majora beneficia, & minora intercedit. Siquidem communi, ac generali beneficii appellatione utraque veniunt in favorabilibus, at in odiosis illa nequaquam comprehenduntur nisi exprimantur. Hinc dispensatus ad beneficia, non censetur dispensatus ad Episcopatum. Nam dispensatio odiosa est, utpote juri communi inimica.



QU. XIII.

Cedo quartum Canonicorum statum.

§. I. Octavà Christiani nominis ætas vivebatur, atque Ecclesiastica disciplina in pejus quotidie ruere pessumque ire videbatur; cum Chrodogandus Metensis Episcopus (*a*), de suorum Clericorum licen-

(a) Natal. Alex. Hist. Eccl. Sæcul. VIII, cap. 5, Act. III, §. 4, Tom. XI, p. 125. Chrodegandus Metensis Episcopus, regnante *Pippino*, Clerum suum in unam Societatum congregavit, sub unoque claustro ad communem vitam informavit, præscripta ipsi Regula, ut testatur *Paulus Diaconus*, in Fragmento de Metensibus Episcopis (apud *Duchesnium* Histor. Francorum Tom. II.) *Vir*, inquit, *egregius*, *& omnibus præconiis efferendus Chrodegandus Antistes . . . . Clerum adunavit, & ad instar Cœnobii intra claustrorum septa conversari fecit, normamque eis instituis qualiter in Ecclesia militare deberent: quibus annonas vitæque subsidia sufficienter largitus est; ut perituris vacare negotiis non indigentes, divinis solummodo Officiis excubarent. Ipsumque Clerum abundanter lege divina, humanaque imbutum cantilena, morem atque ordinem Romanæ Ecclesiæ servare præcepit. Quod usque ad id tempus in Metensi Ecclesia factum minime fuit.* Quamquam autem solis Canonicis Metensibus data sit primum a Chrodegando hæc Regula; ab aliarum tamen Diœcesum, quæ Regum Christianissimorum parebant imperio, Clericis, octavo, & nono sæculo suscepta est & servata, nonnullis cum additionibus. Ex veteri MS. Vaticanæ Bibliothecæ cum Andegavensi, & Fiscanensi collato, illam edidit P. *Labbæus Tom. VIII Conciliorum*. Illam edidit & *D. Lucas Dacherius in Spicilegio*, *Tom. I.* In editione P. *Labbe*, quatuor, & triginta dumtaxat continetur Capitibus. *Primum Caput* est de humilitate. *Alterum* de Ordine Congregationis Canonicorum: statuitque ut sive in Ecclesia, sive alibi, secundum gradus suos & Ordinationis tempus procedant, vel sedeant. Ut nullus alterum puro nomine compellet, sed addito prius Ministerii gradu, secundum Constitutionem Apostolicæ Sedis. Ut junior Clericus, cum obvium habuerit seniorem, inclinetur, ab ipsoque benedictionem petat: majorique minor assurgat, nec sedeat coram ipso injussus. *Tertium Caput* statuit, ut omnes Canonici in uno dormitorio, separatim in singulis cellis, ac lectis dormiant, & ita disponantur, ut juniores sint sub oculis seniorum. Ut laicis hominibus & maxime mulieribus Canonicorum claustra claudantur. Ut Clerici Canonici nullum Clericum in suis mansionibus habeant ad ministerium, sine licentia Episcopi. Ut in ipsorum ædibus nec extranei Clerici, nec Laici manducent, bibant, vel pernoctent. *Quartum Caput* est de Completorio, & silentio. Jubet ut dato primo signo ad Completorium sub initium noctis, omnes Canonici, & Clerici Congregationis in Claustra se recipiant: ut dato secundo signo, se conferant omnes ad Ecclesiam *Sancti Stephani* Completorium cantaturi. Postea non manducent, nec bibant usque in crastinum hora legitima. Ut omnes silentium teneant usque ad sequentem diem post Primam. Qui extra Claustra pernoctaverit, absque vitio, prima vice verbis corripitor: altera, ipso die in pane & aqua jejunato; tertia æquo austero trium dierum jejunio macerator; quar-

centia præcidenda, eorumque vita in melius componenda cogitavit. Itaque Clerum suum *adunavit*, *& ad instar Cœnobii intra Claustrorum septa* con-

---

quarta vice, disciplina emendator. Si data opera moram traxerit, ut extra Claustra noctem ageret, excommunicatione percellitor, vel corporali disciplina castigator.

Caput Quintum est de Divinis Officiis in noctibus. Hyeme octava circiter noctis hora Canonicis surgendum: Quadraginta aut quinquaginta Psalmi prolixioribus illis noctibus decantandi. Inter nocturnas & Matutinas Laudes vigilandum: Per illud intervallum vacandum lectioni aut cantui, sive meditandum minus exercitatis quid, & quomodo legendum vel cantandum sit. Qui dormierit absque licentia, ratione solius infirmitatis concedenda, excommunicator.

Caput sextum est de horis Canonicis persolvendis. Statuit ut qui in Claustris, vel prope sunt, statim ut auditum fuerit signum, relictis omnibus, summa cum festinatione ad Opus Dei per Horas Canonicas veniant. Si longe fuerint, nec occurrere statis horis potuerint, Archidiacono judice, *agant Opus Dei cum tremore Divino, ubi tunc fuerint*.

Caput Septimum est de disciplina psallendi. Deo psallendum docet *in timore & tremore*, psallendum sapienter, psallendum ut *in conspectu Angelorum*, secundum Prophetam. Prohibet, juxta Ecclesiæ Romanæ morem, ne Clerici tempore Divini Officii baculis innitantur, nisi cogat infirmitas.

Caput Octavum statuit ut Canonici quotidie ad Capitulum conveniant; ibi aliquod Regulæ caput legendum, exceptis diebus Dominicis, & feriis quarta & sexta; quibus Tractatus & Homiliæ Patrum legantur, vel quid aliud ad audientium ædificationem. Episcopus, vel Archidiaconus, aut qui loco illorum præest, jubet quod jubendum est, corrigit quod emendandum, ordinat quod faciendum. Diebus Dominicis, & Festis solemnibus, Clerus omnis civitatis ad Nocturnas & Matutinas Laudes, & ad Capitulum convenire debet cum Planetis seu vestimentis Officialibus. Absentes ab Archidiacono vel Primicerio excommunicantur, aut etiam disciplinæ corporali subjiciuntur.

Caput Nonum est de opere manuum quotidiano. Canonici e Capitulo ire ad opera jubentur, idque cum bono animo, & absque murmuratione exequi, quod ab Episcopo, Archidiacono, vel Primicerio, datum sibi fuerit in mandatis.

Caput Decimum est de Regula ab itinerantibus servanda, quantum iter, vel ratio permiserint: Et de Officiis divinis aliisque observantiis adimplendis in itinere, statis horis.

Caput Undecimum est de zelo quem habere ad invicem debent. Hic autem non est zelus amaritudinis, sed zelus bonus, quo se invicem servi Dei præveniunt, & infirmitates suas, sive corporum, sive morum, patientissime tolerant; & ad vitia reprimenda cum Superioribus collaborant, ut *Dei Adjutores*.

Caput Duodecimum vetat ne quis socium excommunicet, aut cædat: sed querelæ ad Episcopum, vel ad eum qui sub ipso Congregationem regit, deferantur, & judicentur.

Caput Decimumtertium Studia partium præfocat, vetans ne quis in Congregatione alium defendere quavis occasione præsumat, cognationis, amicitiæ, aut familiaritatis prætextu: quod hæc sit gravium scandalorum occasio. Hujus capitis transgressores acrius coercendos statuit.

Caput Decimumquartum est de Confessionibus. Clericos bis in anno confiteri jubet peccata Episcopo suo, scilicet initio Quadragesimæ, vel ante Pascha, & a medio mense Augusto usque ad Kalendas Novembris. Extra hæc tempora posse quoties voluerint, & opus habuerint peccata deponere apud Episcopum vel alium Sacerdotem ab ipso delegatum. Singulis diebus Dominicis & Festivitatibus præclaris; debere Corpus, & Sanguinem Domini Nostri Jesu-Christi accipere, si peccata non impediant. Si quis peccatorum suorum aliquod Episcopum suum celaverit, & aliis Sacerdotibus confessus fuerit;

converſari fecit, normamque eis inſtituit, qualiter in Eccleſia militare deberent. Paul. Diacon. in fragm. de Epiſcop. Metenſ. apud Ducheſn. Tom. II. Hiſt.

---

rit; *quia timet ne removeat eum Epiſcopus de gradu: & ſi adhuc in gradu non eſt, non accedat ad gradum, vel a Corpore Domini removeat eum*; cum id probatum fuerit Epiſcopo, corporalem diſciplinam, vel carcerem paſſurum, vel aliam pœnam juxta modum culpæ, & Epiſcopi judicium. *Nimis enim improbus eſt, qui ante Dei oculos peccat, & homini confiteri erubeſcit; ubi Deo miſerante, de ipſo peccato debet accipere conſilium ſanitatis.*

Caput Decimumquintum eſt de graviorum culparum emendatione. XVI De vitandis excommunicatis. XVII De excommunicatione Clericis contumacibus, ſuperbis, detractoribus, rebellibus, contentioſis, murmurantibus, jejunii transgreſſoribus, contemptoribus Regulæ infligenda, admonitione privata ſemel & iterum præmiſſa, & publica deinde objurgatione. Si non intelligit qualis pœna ſit excommunicatio, vel improbus eſt & incorrigibilis, ab ea abſtinendum & loco excommunicationis, vindictæ corporali ſubdendus. *Caput* XVIII eſt de leviorum culparum emendatione. XIX De modo excommunicationis.

Caput Vigeſimum De Quadrageſimæ obſervationibus. Quadrageſimalibus diebus, exceptis Dominicis, unica refectio conceditur poſt Veſperas, nuſquam extra Clauſtra & commune refectorium ſumenda. Lectioni vacandum uſque ad Tertiam plenam, exceptis Dominicis diebus. Deinde ad Capitulum conveniendum. A Paſchate ad Pentecoſten, refectio duplex, & eſus carnium Canonicis permittuntur, niſi Pœnitentiæ ſint addicti. Excipitur ſexta Feria. Regula interpolata quartam addit. A Pentecoſte ad Nativitatem *Sancti Joannis*, duplex quidem refectio Canonicis conceditur; ſed carnibus jubentur abſtinere. Hinc ad Feſtum *Sancti Martini* refectio duplex & abſtinentia a carnibus quarta, & ſexta Feria. A Feſto *Sancti Martini* ad Natale Domini carnibus abſtinendum, & jejunium ad Nonam uſque protrahendum. Deinceps uſque ad Caput Quadrageſimæ, eadem eſto jejunii ratio Feriis ſecunda, quarta, & ſexta. Duabus hiſce poſtremis Feriis carnibus abſtinendum. Quæ tamen cum Prioris licentia comedi poterant, ſi dies Feſtus his Feriis occurriſſet. Ex quo patet, abſtinentiam ſexta Feria nondum fuiſſe lege & more univerſali præſcriptam. *Angilramnus Chrodegandi* ſucceſſor, temperavit conſtitutionem de abſtinentia poſt Pentecoſten, & per octavam conceſſit eſum carnium, in gratiam Solemnitatis.

Caput Vigeſimumprimum eſt de menſis ordinandis. Silentium & lectio in refectorio imperantur. Ante legitimam horam non comedendum aut bibendum abſque Epiſcopi, aut ejus qui præeſt licentia; nec Cellerarius contra rationem inquietandus. Laici, aut Clerici extranei, in refectorium ut manducent vel bibant, abſque licentia non admittendi. Cibus vel potus abſque mandatis Epiſcopi e refectorio non portandus.

Capitibus XXII, & XXIII Cibi, potuſque menſura præſcribitur. Cum duplex refectio conceſſa eſt, Presbyteris ad ſextam tres calices, ad cœnam duo tribuuntur; totidem Diaconis, Subdiaconis duo ad utramque refectionem: inferioribus Clericis, duo ad prandium, ad cœnam unus. Diebus jejuniorum eadem ſervatur menſura, & quod ad cœnam aliis diebus dabatur, apud Cellerarium remanet.

Caput Vigeſimumquartum A miniſterio coquinæ per vices Canonicorum neminem excuſat niſi propter ægritudinem, aut cauſas gravis utilitatis. Archidiaconus, Primicerius, & tres Cuſtodes Eccleſiarum *Sancti Stephani*, *Sancti Petri*, & *Sanctæ Mariæ*, excipiuntur.

Caput Vigeſimumquintum De Archidiacono, & Primicerio, quales eſſe debeant, & quo modo erga ſubditos, & erga Epiſcopum ſe gerere. Caput XVI De Cellerario. XXVII De Portario, ſtatuunt.

Caput Vigeſimumoctavum eſt de curandis infirmis. Canonicos infirmos; qui non habent

II Hist. Franc. Chrodogando facem prætulerant Eusebius Vercellensis, atque Augustinus Hipponensis. (Vid. sup. qu. I, §. 2.) Sed tanti ædificii provehendi, altiusque educendi gloriam posterioribus sæculis reliquerant.

---

bent unde ipsis subveniatur, non negligendos statuit, sed eis *sicut Christo serviendum*, & necessaria omnia submioistranda ab Archidiacono, vel Primicerio; & unum e Clericis deputandum, qui ipsorum curam gerat, cui *solatium*, si opus sit, dandum est, id est, famulus, ut Prior statuerit.

Caput Vigesimumnonum De vestimentis, calceamentis, & lignis. Senioribus cappas novas singulis annis dari decernit ad Festum *Sancti Martini*: veteres, quas illi deponunt, tribui Junioribus.

Caput Trigesimum De Festivitatibus Domini, pro more Provinciæ celebrandis. Statuit etiam quibus diebus Episcopus refectionem Canonicis parare debeat, vel in Episcopali domo, scilicet in Natali Domini, & Paschate, vel in eorum refectorio, scilicet in medio, & clauso Paschate, Ascensione Domini, Pentecoste, & ipsius Episcopi Natalitiis. Abrogat consuetudinem, qua Abbatiæ civitatis Metensis, aut vicinæ, certis Festivitatibus Canonicos convivio excipiebant. Jubet fercula tradi Archidiacono, qui ipsis in proprio refectorio prandium parari curet.

Caput Trigesimumprimum Statuit ut qui in Congregationem Canonicorum recipi voluerit, facultates suas Ecclesiæ *Sancti Pauli* solemni Donationis instrumento tradat, facta tamen, si voluerit, precaria, ut quamdiu vixerit, usumfructum percipiat. Id S. Prosperi, sive potius *Juliani Pomerii*, & aliorum Sanctorum Patrum documentis consentaneum esse monet, qui secundum divinam auctoritatem sanxerunt: *Ut illi Clerici, qui de rebus Ecclesiæ vivere cupiunt, res proprias quas habent, per instrumenta chartarum, Deo & Ecclesiæ, cui deserviunt, condonent, & sic rebus Ecclesiæ licentius absque maxima culpa utantur: Ut sicut de rebus Ecclesiæ ipsi Clerici gaudent; ita & Ecclesia de rebus ipsorum Clericorum cum pauperibus suis sic aucta atque meliorata gratuletur.* Hoc esse temperamentum inter primorum Christianorum perfectionem, qui bonis omnibus ad pedes Apostolorum sese abdicabant, & Laicorum, vel aliorum Clericorum proprietatem. *Si omnia*, inquit, *relinquere non possumus, sic ad usum tantum nostra teneamus, ut dimissa, volumus, nolumus, fuerint, non ad heredum nostrorum carnalium, atque parentum, sed ad Ecclesiam, cui Deo auctore deservimus, de cujus rebus stipendia habemus, loco hereditario relinquamus.*

Caput Trigesimumsecundum est de eleemosynis; statuitque, ut *Si aliquis uni Sacerdoti pro Missa sua, vel pro Confessione, aut infirmitate, seu pro quolibet charo suo, aut vivente, aut mortuo, aliquid in eleemosynam dare voluerit, hoc Sacerdos a tribuente accipiat, & inde quod voluerit, faciat.* Si autem omnibus Sacerdotibus sub tali conditione, vel alio modo sit datum, *omnes hanc eleemosynam communem habeant*. Ex duobus hisce postremis capitibus patet, Canonicos a *Chrodegando* institutos voto paupertatis adstrictos non fuisse, adeoque non fuisse Canonicos proprie Regulares.

Caput Trigesimumtertium Ritum præscribit, quo ad Capitulum, & ad Missam, diebus Domioicis, vel Festivitatibus Sanctorum, accedere debeant. *Caput XXXIV* est de Matriculariis, qui bis in Mense ad Sacram lectionem audiendam convenire, & peccata sua bis per annum Sacerdoti confiteri jubentur. Erant autem Matricularii, pauperes in Ecclesiæ matricula descripti, quibus aliquæ possessiunculæ, & prædiola titulo præcariæ & beneficii ad victum assignabantur. Ante Chrodegandum, *Canonicam Religionem* in Remensi Clero *S. Rigobertus* restituerat, *& eorum usibus ærarium commune instituerat*, ut testatur Flodoardus, *Lib. 2, cap. II.* Sed Regulam dederat nullam.

Consule Cardinalem Garampi Scriptorem vere

rant. Huic operi fastigium imposuere Sæculo IX Patres Moguntini (*b*), Turonenses (*c*), Aquisgranenses (*d*), ac tandem Eugenius II in Concilio Romano (*e*), atque vitæ victusque communitatem in Cathedrales Ecclesias intulerunt (*f*).

§. II. Hæc res Clericorum familiæ hercifcundæ caufam dedit. Antehac omnes Diœceseos Clerici Cathedralis Ecclesiæ erant alumni, (Vid. sup. qu. XI.) nec Parochiales Ecclesiæ ullos alios facrorum fuorum habuere ministros, quam Cathedralis Ecclesiæ Presbyteros, (Vid. sup. qu. XII, §. 3.) census omnes in Episcopalia Æraria inferebantur, ex iisque fumptus Ecclesiarum omnes hauriebantur, indeque cunctis Diœceseos Clericis victus, cultusque præbebatur. (Vid. sup. loc. cit.) At post Chrodogandi institutum mutata repente scena est. Nam cum ii Presbyteri, quibus Paræciarum Ministeria mandabantur, non possent cum Episcopo Episcopalisque Ecclesiæ Clericis diu noctuque una esse, una degere, una vivere, uno conclavi, uno cubiculo, uno triclinio uti, necesse fuit inter Cathedralis Ecclesiæ Clericos, ac Paræciarum Presbyteros heretum quodammodo cieri, atque hosce in tot rursus familias (*g*) scindi, quot erant Ecclesiæ. Ex illo singulæ Ecclesiæ res suas

vere Eminentissimum, Differt. IX *de Vita Canon.* §. 1, 2, pag. 266.

(b) Concil. Mogunt. an. 813, can. 9. *Ut Canonici Clerici Canonice vivant, observantes divinæ scripturæ doctrinam, & Documenta Patrum, & ut simul manducent, & dormiant.*

(c) Concil. Turon. III, can. 23. *Canonici, & Clerici Civitatum, qui in Episcopiis conversantur, consideravimus, quod in Claustris habitantes simul omnes in uno Dormitorio dormiant, simulque in uno reficiantur refectorio, quo facilius possint ad horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita, & conversatione sua admoneri, & doceri.*

(d) Gerardus Du Bois in Histor. Eccles. Paris. Lib. IX, cap. 8, §. 5.

(e) Concil. Rom. an. 826, Can. 7. *Necessaria res existit, ut juxta Ecclesiam claustra constituantur, in quibus Clerici Divinis Officiis vacent. Itaque omnibus unum sit Refectorium, ac Dormitorium.*

(f) Rudera antiqui hujus instituti adhuc supersunt in pluribus Cathedralibus Ecclesiis, in quibus jam dudum quidem vita communis expiravit; nihilominus tamen Dormitoria, Refectoria, ut alia id genus loca publica, quibus olim Canonici usi fuerunt, supersunt, observante Auberto Miræo in not. ad reg. Canonic. & ex eo Espenio J. E. U. Part. I, Tit. VII, cap. I, §. 2.

(g) Ex ipsis Chrodogandi regulis apparet, eas latas fuisse Clero Metensis Ecclesiæ S. Stephani, quæ Cathedralis erat, & præscriptas, clerumque hujus Ecclesiæ eo ipso speciali quodam *vinculo* & *societate* constrictum fuisse. Indicat hoc quoque *caput octavum* ejus regulæ, ubi *clerus Ecclesiæ S. Stephani* a reliquo *clero civitatis* distinguitur, utpote cui tantum injunctum est, ut certis temporibus *ad capitulum* veniret. Ex tali consortio clericorum arctiori tandem hæc ipsa *capitula cathedralium Ecclesiarum*, quæ hodie supersunt, ortum traxerunt. Quamvis enim ante hæc tempora omnis Clerus Civitatensis ad *Senatum Ecclesiasticum* vocaretur, & *capitulum* constitueret; hæc tamen Chrodogandi institutio vinculum arctius inter clerum *Ecclesiæ principalis* conciliavit, ut tandem excluso reliquo clero civitatensi, *capitulum* seu *collegium Canonicorum* constituerent. Et inde quoque ratio petenda, quod hæc nova vivendi ratio, non omni clero, sed *Cathedralium Ecclesiarum* applicata fuerit, cui etiam nomen *Canonicorum* inde *privative* tribui cœpit, ut quidam dicerentur *Clerici* Ca-

suas sibi habere, & procurare cœperunt, singulæ suos Clericos alere, sua bona (*b*), suas opes, suas possessiones unaquæque agnoscere, suisque territoriis terminos, ac fines pangere.

§. III. Licet autem vitæ communitas principio nonnisi in Cathedrales Ecclesias illata fuerit, postea tamen in illas etiam Parochiales introiit, quæ Clericorum numero, & bonorum copia abundabant; unde Collegiatæ Ecclesiæ. Harum numerum auxerunt alia præterea Clericorum Collegia, qui nulla animarum cura onerati in divinis tantum laudibus persolvendis occupabantur.

QU. XIV.

Canonici, quidam *Clerici non Canonici*. Vid. Mabillon. *Tom. II Annal. p.* 577, *&* 607.

(b) Sub hoc novo instituto crescebat quotidie *clericorum* numerus, & plures ad *clericatum* tanto fervore adspirabant, ut congregationibus Ecclesiæ Cathedralis non omnes possent coadunari; hinc plura *collegia horum Canonicorum*, ad formam *Monasteriorum*, quæ etiam peculiares societates continent, extra *Ecclesias Cathedrales* sunt exorta, quod vel hodie *collegiatarum Ecclesiarum* Canonici docent. Carolus simplex capellam fundavit, eique duodecim canonicos addixit, uti præceptum ejus apud Baluzium *in append. ad Lupum n.* 9, *pag.* 525, docet, quorum munus in eo constituit, *ut diu noctuque divina horis competentibus frequentarent officia*. Nulla his *cura animarum* demandata, quæ in capellis, populo carentibus, non erat necessaria. Similiter pluribus *Ecclesiis Parochialibus* hoc vitæ institutum applicatum, certo numero clericorum iis addicto, qui ex regula Chrodogandi viverent, & ita *Parochiales* Ecclesiæ in *collegiatas* mutatæ sunt, salva cura animarum. Quid? quod Monasteria quoque Clerici occupaverunt, & Monachis expulsis, sub *Abbate* vel *Præposito* vixerunt, præsertim cum Monachi eo tempore admodum perdite viverent, ut, his ejectis, *Canonicos* eisdem substituere, consultius videretur, de quibus *Canonicis in Concilio Turonensi III*, §. 3, plenius disponitur. Vid. Mabillon. *in præf. ad sæcul. IV Actor. Benedict. P. I, n.* 137, *seq.*

QU. XIV.

Quid præcipis de Psalmodia divinoque officio in quarto Ecclesiarum statu?

§. I. QUÆ res impulerant Canonicos, ut vivendi rationem e Monachorum regula sumerent, eædem etiam perpulere, ut & psallendi formam indidem mutuarentur. Neque vero ante Chrodogandum Cathedralis Ecclesiæ Clerici statis diei horis prima, tertia, sexta, nona, primis, secundisque galliciniis (*a*) ad solemnem Psalmodiam quotidie compellebantur, sed satis erat, si Dominicis Festisque diebus matutinas, vespertinasque Deo laudes persolvissent. Qui Canonicarum horarum priscis temporibus meminerunt, Clemens Alexandrinus *stromat. Lib. VII*, Tertullianus *de jejun. cap.* 3, *& in Psych. cap.* 10, Cyprianus *de Orat. Domin.* Auctor Const. Apostol. *lib.* 18, *cap.* 14, Sanctus Athanasius, ac S. Ephrem Syrus *in Sermon. de Beatitud.* Sanctus Hieronymus *Ep.* 22 *ad Eustochium*, Joannes Cassianus *lib.* 2, *&* 3 *de Instit. Cœnob.* S. Cæsarius *Dialog.* 4, *Interrog.* 192, Sanctus Joannes Chrysostomus *in psalm.* 118, S. Basilius *Serm. I de Instit. Monach.* SS. Epiphanius, Augustinus, Gregorius Nissenus, plurimique alii Ecclesiæ Patres, atque Scriptores, loquuti sunt aut de privatis precibus Christianorum, qui singularis pietatis studio ducebantur, aut de Monachis, quorum moribus atque institutis horæ Canonicæ jam inde a quarto Sæculo receptæ erant (*b*).

Post

(a) Cardinalis Garampius in suis aureis, cedroque dignis Differtationibus, quibus B. Claræ Ariminensis vitam illustrat, Differt. X, §. 1, videtur illorum sequi sententiam, qui diurnam, nocturnamque Psalmodiam statis diei, noctisque horis adstrictam ante Chrodogandi Institutum non solum in Monachorum, sed etiam in Canonicorum usu fuisse censent. Optandum maxime esset, ut tantus Scriptor, cujusmodi testimonia, ac monumenta ex Ecclesiarum scriniis deprompsit ad hunc demonstrandum usum post Chrodogandi tempora longe lateque diffusum, (Vid. ibid. §. 4, & seq.) ejusmodi etiam ex antiquitatis ruderibus eruisset ad probandum, hunc eumdem usum viguisse etiam ante Chrodogandi Institutum, atque iis præcipue temporibus, quæ a Constantino Magno ad Carolum Magnum effluxerunt.

(b) Selvag. Antiq. Christ. Lib. II, cap. IX, pag. 85, N. 58. *Observatione dignum est, memoratos supra Patres cum horarum Canonicarum meminere, unos usque Monachos respexisse. Quare vero per tria ferme, aut etiam plura illa Ecclesiæ secula solorum id Monachorum proprium fuerit, neque unquam Clericos his recitandis adegerint Episcopi, hanc fuisse caussam puto, quod cum viderent Clericos suos tot, hisque*

Post Chrodogandi tempora Horæ Canonicæ ex Cœnobiis in Cathedrales, Collegiatasque Ecclesias pedem intulerunt, inque illorum Clericorum familiaritatem, consuetudinemque venerunt, quinimmo etiam in eas Paro-

---

que laboriosissimis partium suarum muniis distentos, minus æquum credebant eos iis præterea horis persolvendis addicere sic, ut per septem in quaque die vices convenirent. Hinc factum, ut in plerisque Ecclesiis Monachi, quorum, teste Hieronymo, non docendi, sed orandi plangendique officium erat, accirentur in Urbes, qui eas publice decantarent.

Azevedo de Divin. Offic. Exercit. VI, pag. 23. Constitutiones Apostolicæ hortantur ad orandum Mane, & Vespere, hora Tertia, Sexta, & Nona: verum id publice an domi fieret, non liquet. Eadem tempora præscribunt Sanctus Basilius, S. Hieronymus, Cassianus, S. Benedictus, S. Cæsarius, aliique Regularum Auctores; sed Monachis tantum, atque Religiosis Mulieribus. Cum vero S. Chrysostomus in Psal. 118, ait: *Optimi quique viri, ac pietate præditi stationem ad Deum septies faciunt*, de religiosissimis tantum Christianis sermonem habet. S. Cyprianus trium puerorum in fornace tribus diversis temporibus orantium afferens exemplum, expressis verbis adnotat hunc *justorum* fuisse morem, ast id publice a Clero singulis diebus servatum fuisse alto premit silentio.

Pace tandem Ecclesiæ reddita, certa hora rei Divinæ celebrationi fuit assignata; diversa tamen pro dierum, temporumque diversitate. Cum enim hisce temporibus Presbyteri, & Clerici ob graves tantummodo Ecclesiæ necessitates ordinarentur, nulli proinde ad cantandas Deo laudes extra Sacrificii tempus fuere destinati; adeoque nec Fideles extra illud idem tempus Divino interant Officio. Nec quidquam facessit negotii, quod refert Socrates. lib. 14, cap. 18, de Ecclesia quadam Edessena S. Thomæ dicata; *in qua collectæ sine intermissione celebrabantur*. Namque ea loquendi ratio, vel quotidianos duntaxat Conventus ad Sacrificium innuit, vel perpetuam psalmodiam, officiumque Divinum nullo intervallo a Monachis celebratum, quo modo Constantinopoli Monachi Achæmetæ psallere solebant, qui *non dormientes* appellati fuere, quod singulis horis cantus in Dei laudem prosequerentur; distributique in varias classes sibi diu, noctuque invicem succederent. Sed nullo modo evincit Canonicum officium a Clero in Ecclesia fuisse absolutum.

Idem ibid. In Ecclesia Verodunensi sæculo VII, evocari Monachi Missam, vel Divina Officia celebrabant; acceptaque mercede domum revertebantur. In Altissiodorensi, autem sæculo proxime sequenti, Monachi ex Urbis, atque adjacentis agri Monasteriis adsciti singulis hebdomadis Officium peragebant. Quare Sidonius Apollinaris ait epist. 17: *Cultu peracto vigiliarum, quas alternante dulcedine Monachi, Clericique psalmicines concelebraverant, quisque in diversa secessimus, præsto ad Tertiam profuturi cum Sacerdotibus ad res Divinas faciendas*.

Idem ibid. pag. 24. Pelagius Summus Pontifex Monachos Cassinates in Ecclesia Lateranensi ad Officia celebranda constituerat; & S. Gregorius lib. 2 Dialog. ait plura se singularia de S. Benedicti vita a Valentiniano accepisse: *qui annis multis Lateranensi Monasterio præfuit*. Monachi igitur erant, qui in Lateranensi Ecclesia Officium peragebant. Subinde Gregorius III in Ecclesia S. Chrysogoni Monachorum cœtum instituit, ut quotidie officia peragerent, *instar officiorum Ecclesiæ B. Petri Apostoli*: pergit in ejus vita Anastasius Bibliothecarius: *Congregationem Monachorum constituit ad persolvenda quotidie sacra officia laudis Divinæ in Basilica Salvatoris, quæ Constantiniana nuncupatur, juxta Lateranos, diurnis, nocturnisque temporibus ordinata instar Ecclesiæ B. Petri Apostoli*. In Ecclesia autem S. Petri Monachi Officium Divinum exsolvebant, qui in quatuor urbis Monasteriis degebant, S. Martini videlicet, S. Stephani Minoris, S. Stephani Majoris, & SS. Joannis, & Pauli.

Selvag. loc. cit. pag. 76, n. 24, ad calcem.

Parochiales (c) Ecclesias gradum fecerunt, queis is erit Clericorum numerus, qui huic muneri posset respondere. Non dubitandum tamen est, quin ubi publicæ Psalmodiæ locus non erat, ibi privata illius vicem arriperet. (Vid. Thomasin. Vet. & N. Eccl. Discipl. Part. I, Lib. II, cap. 71, usque ad Cap. 81.) Ex hoc tempore consuetudo recitandi horas Canonicas tum publice, tum privatim vires sumpsit, tamque magna postea ubique terrarum cœpit incrementa, ut inter primarias Ecclesiæ leges sibi nunc locum dari postulet. (*d*)

§. II.

---

cem. *In Episcopales Ecclesias acciti fuerunt Monachi, qui horarum Canonicarum officio quotidie fungerentur. Sæculo VII, atque VIII, in Verodunensi atque Altissiodorensi Ecclesiis id obtinuit. Romæ vero ab Pelagio P. Cassinates Monachi evocati fuere, uti in Lateranensi Ecclesia quotidie psallerent, ex Lib. II Dialog. Greg. Papæ.*

(c) Thomassin. Vet. & N. Eccl. Discipl. Part. I, Lib. II, cap. 76, §. XII. Parochiarum agrestium Pastoribus id mandatum ab Emeritensi Concilio, ut quot possent juniores alerent Clericos, pro modo facultatum suæ Ecclesiæ, & eos ex mancipiis Ecclesiæ seligerent, ut eorum opera & ministerio Officia divina celebrarentur: *Parochiani Presbyteri, juxta ut in rebus sibi a Deo creditis sentiunt habere virtutem, de Ecclesiæ suæ familia Clericos sibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut & Officium sanctum peragant, & ad servitium suum aptos eos habeant. Hi etiam victum & vestitum dispensatione Presbyteri merebuntur, & domino ac Presbytero suo, atque utilitati Ecclesiæ fideles esse debebunt.*

Idem, ibid. cap. 81, §. VII. Nec minus ista perspicua sunt in Reginone & in iis Capitibus, in quæ inquirere debebant Episcopi, eorumque ministri in Parochiis visitandis: *Si Clericum habeat Presbyter, qui cum eo Psalmos cantet. Si nocturnis horis ad matutinas Laudes persolvendas omni nocte surgat. Si Primam, Tertiam, Sextam, Nonam certo tempore signo Ecclesiæ denunties, & cursum debitum cantet. Si tempore statuto, id est, circa horam tertiam diei Missam celebret; & post hæc usque ad medium diem jejunet, ut hospitibus atque peregre venientibus, si necesse fuerit, possit Missam cantare.*

Non hic ego moras traham, ut observem duas hic uno die celebrari Missas ab uno, eodemque Presbytero, alteram solemnem post Tertiam, alteram quasi privatam, ubi inopini superveniebant hospites. Sed illud multo satius est observari: 1 Quod in unaquaque Parochia, sive orbana, sive agresti, Canonicom officium decantaretur totum, etsi unus ibi degeret Presbyter cum suo Clero. 2 Quod nocturnum etiam ab eis canetetur Officiom. 3 Officia canonica noctis *Matutinas Laudes* jam vocari cœpisse. *Si nocturnis horis ad Matutinas Laudes persolvendas omni nocte consurgat.* Facile intelligis id eo factum, quod nocto quidem surgerent, at ea ratione ut Laudes Nocturnis subjunctæ in exortum lucis desinerent. In antiquissimis etiam Formulis præceptionum, quas Episcopi per singulas Synodos inculcabant, hoc ipsum habetur: *Omni nocte ad Nocturnas surgite, cursum vestrum horis certis decantate, &c.*

(d) Lambertin. Instit. XXIV. *Officium Divinum, Breviarium, Horæ Canonicæ*, diversis olim oominibus, *Cursus Divinus, Sacræ Synaxes, Opus Dei* nuncupabantor. Ac primum Officii Divini nomen ex vocabulo *Officium* desumptum fuit, quod juxta Latini sermonis interpretes id munus significat, quod habita locorum, temporum, hominumque ratione a singulis obeundom est. Ob eam causam, cum Divinis Laudibus contineatur, quod Deo potissimum persolvere debemus, & cum per eas summam Dei majestatem humili culto prosequamur, hinc Divini Officii nomen derivator.

Si Radulpho Tungrensi fides habeatur, Breviarii nomen ad Patres Franciscanos re-

fe-

§. II. Ex omnibus Chrodogandi regulis, quibus Canonicorum vita, disciplina, ac Liturgia sancita fuit, nullam invenio quæ de Concionibus agat. Id suspicionem mihi affert, onus habendarum Concionum una cum ani-

ferendum est, qui sacris expeditionibus implicati Divino Officio compendium statuerunt. Idem Radulphus ejusmodi compendium in Ecclesia Lateranensi ab illis receptum restatur, qui Pontificum Familiæ cooptati plurimis negotiis distinerentur; ac postremo a Nicolao III jussas fuisse omnes Urbis Ecclesias eodem compendio uti. *Unde hodie* (ait Radulphus) *in Roma omnes Libri sunt novi, & Franciscani.*

Hanc sententiam veritati consentaneam Cardinalis Bona ac Thomassinus amplexi sunt. Contrarium tamen ex epistola Apologetica Petri Abaelardi contra S. Bernardum deprehenditur, quæ data fuit circa annum 1140, hoc est centesimo anno priusquam Franciscanus Ordo ab Honorio III confirmaretur. In illa igitur epistola traditur Officii Divini compendium per omnes Romæ Ecclesias jam tum inductum, probatumque fuisse; ex quo satis conjicitur Radulphum a veritate longe aberrasse, ut recte Franciscus Pagius expendit.

Sed cum Breviarium in Magno Cassinensi Monasterio servetur ab anno 1100, quod inscribitur: *Incipit Breviarium, sive Ordo Officiorum per totam anni decursionem*, in quo ritus totius Ecclesiastici Officii, & pro ipsius recitatione, sacroque faciendo cæremoniæ continentur, hinc a veritate, non alienum videtur, quod Breviarii nomen ab hoc *ordine officiorum* dimanaverit.

Quod pertinet ad Horas Canonicas, cum fideles universi, ac præsertim Clerici continuis ad Deum precibus occupari debeant, idque ob naturæ humanæ infirmitatem, hujusque vitæ negotia perfici nequeat, statis saltem horis laudes Deo canendæ præcipiuntur, ut hoc pacto per integrum diei cursum Deo preces offerre, & nunquam omnino cessare videamur.

Igitur statis ab Ecclesia temporibus horæ Canonicæ persolvendæ sunt non solum a media nocte in alterius mediæ noctis spatium, sed eo peculiari tempore, quod singulis horis recitandis indicitur. Commemorari sane non potest sine animi terrore, quod a B. Petro Damiano, ac deinde a Cardinali Baronio ad annum 1062 proditur, S. Severinum Coloniensem Episcopum Ecclesiæ suæ Clerico subito ante oculos adstitisse, cum flumen transiret, cui se purgatorio addictum, & vehementer cruciatum patefecit. *Quia*, inquit, *dum in Aula Regia constitutus Imperialibus me consiliis vehementer applicui, Canonicæ Synaxis Officia per distincta horarum spatia non persolvi. Mane quippe omnia coacervans simul, tota die negotiis ingruentibus secura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum ardoris hujus fero supplicium.*

Id quidem ab aliquibus in dubium revocatur. Certissima tamen est, ac manifesta B. Petri Damiani sententia, qui debitis horis Divino Officio vocandum affirmat, nec immunem culpa, qui præscripta temporis intervalla negligat, nec ullis negotiis satis excusari, ut Thomassinus existimat. Sed cum nimiam severitatem haud probemus, cum plurimorum etiam exempla suppetant, uti refert Thomassinus, qui legitimus causis impediti, non servato horarum intervallo, Divino Officio rite satisfecerunt, S. Thomæ sententiam libenter amplectimur: *Consideranda*, inquit, *est intentio ejus, qui prævenit tempus in Matutinis dicendis, vel in quibuscumque Horis Canonicis. Si enim hoc facit propter lasciviam, uti scilicet quietius somnolentiæ, & voluptati vacet, non est absque peccato. Si vero hoc faciat propter necessitatem licitarum & honestarum occupationum, puta, si Clericus, aut Magister debet videre lectiones suas de nocte, vel propter aliquid hujusmodi, licite potest sero dicere Matutinum, & in aliis horis Canonicis tempus prævenire, sicut etiam hoc in solemnibus Ecclesiis fit, quia melius est Deo utrumque reddere, scilicet & debitas laudes, & alia honesta officia, quam quod per unum aliud impediatur.*

No-

animarum cura Parochialibus Presbyteris si non omnino, magna tamen ex parte relictum fuisse; Episcopos, ac Canonicos domesticum otium, vitamque umbratilem animarum curationibus, Doctrinæque tradendæ laboribus prætulisse. Quo factum est, ut Chrodogandi institutum

Nobis satis est tempus indicare, quod juxta Canonum sanctiones Matutinum una cum Laudibus persolvatur; quæ sane conjunguntur, cum Amalarius tradat se a Magistris Romanis responsum habuisse, nullum inter Matutinum ac Laudes tempus intercedere. Pro ipsorum recitatione ab initio Crepusculi Matutini ad ortum Solis communi omnium suffragio tempus designatur. Nomen ipsum Matutini id clare ostendit, & Auroræ mentio, quæ in Laudibus incidit, rem magis comprobat. In pervigilio Natalis Domini Matutinum a Laudibus sejungitur, ante quas sacrum peragitur. Cum enim circa mediam noctem Missæ Sacrificium celebrari debeat, nimis absone Laudes eo tempore canerentur. Triduo ante Paschæ celebritatem Matutino Laudes adjiciuntur, quod simul cum die absolvitur, ut Occasus Solis justitiæ, ac tenebræ Judaici populi significentur, qui Dominum non agnovit, eumque supplicio crucis affecit. Inter antiquos, qui ita sentiunt, Amalarius, ac Rupertus, inter recentiores Cardinalis Bellarminus adnumeratur.

Ab Auctoribus Theologiæ Moralis disceptatur, utrum sine legitima causa Matutinum, & Laudes extra præscriptum tempus recitari valeant. Aliqui S. Thomæ auctoritate, quam ante protulimus, innixi sine levi culpa id fieri non posse contendunt. Alii vero contrariam sententiam tuentur, si id legitima consuetudine jam firmetur. Nos igitur universos, qui ad Divinum Officium obstringuntur, plurimum hortamur, ut statis horis illud persolvant, neque Matutinum, ac Laudes debito tempore prætermittant. Ut vero singuli notum perspectumque habeant Matutini tempus, quod privatim, si adsit legitima causa, recitari potest, hanc Tabellam promulgamus, in qua id potissimum declaratur. Hæc enim advertimus in Romano Kalendario: *Matutinum diei proxime sequentis ex Theologorum opinione omnium consensu probata, recitari privatim potest exacta jam tertia parte diei, vel (quod idem est) cum a meridie ad occasum Solis dimidium temporis effluxerit; Nam Vesperæ diei tunc in Ecclesiis jam persolutæ existimantur.*

Et Instit CVII, §. 7. Nemo ignorat Divinum Officium a Clericis sæcularibus, qui sacris Ordinibus initiati sunt, singulis diebus esse recitandum; idemque indici Clericis Beneficio præditis quamvis ad Sacros Ordines nondum ascenderint. Quid autem Officii Divini nomine intelligatur satis percipitur *ex cap. Presbyter, De celebratione Missarum*, ubi hæc habentur: *Si Matutini*, (id Laudes etiam complectitur) *Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, & Completorii tempore nostræ servitutis officia persolvamus.* Canonici idem facere jubentur, hoc solum interposito discrimine, quod alii Clerici quocumque in loco persolvere Divinum Officium possunt; Canonici vero, ut cæteri omnes, qui addicti sunt Ecclesiæ Cathedrali, aut aliis Collegiatis, ad chorum convenire, & in suis Ecclesiis idem officium recitare omnino debent. Equidem *Can. ult. distinct.* 92, apertissime decernitur, Sacerdotem, Diaconum, aliosque Clericos alicui Ecclesiæ adscriptos, si in civitate versantur, aut quoquo loco, ubi ipsa Ecclesia posita est, ea Lege teneri, ut quotidie Divinum Officium in illa celebrent; si quis autem hæc jussa facere neglexerit, & monitus ab Episcopo non paruerit, deponendus judicatur. Porro dubitandum non est, quin hæc lex Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias comprehendat, uti colligitur *ex Clementina prima de celebratione Missarum*, ubi hæc tradunt: In Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis.

In controversia, quæ disceptatur; num jure Divino, an Ecclesiastico Officium recitari debeat, opinionem veritati magis consentaneam probamus, quod nempe, ex jure Ec-

tum in multorum, ac præsertim Protestantium sermonem magnamque vituperationem inciderit (*e*).

§. III. Sunt qui ex XXII Chrodogandi regula: *Si quis uni Sacerdoti pro Missa sua aliquid in Eleemosynam dare voluerit, hoc Sacerdos a tribuente accipiat, & inde quod voluerit, faciat:* colligere sibi posse videntur, privatarum Missarum usum illis temporibus jam invaluisse. (Lambertin. de Ss. Missæ Sacrific. Lib. III, cap. XXI, n. 5.) Qui ita concludunt, illud etiam concludant necesse est; Concelebrationis ritum apud Græcos penitus jam desiisse, cùm jam illi *pro Missa sua eleemosynam accipiant*. Quemadmodum igitur Orientalis Ecclesiæ Presbyteri ex sua Missa, quam una cum Episcopo etiamnum concelebrant, pretium auferunt, ita & Occidentalis Ecclesiæ Canonici ex Missa sua aliquid numulorum exprimere tum etiam potuerunt, cum concelebrationis ritus adhuc vigebat (*f*). Nec quisquam miretur non so-

Ecclesiastico illud dimanaverit, quemadmodum Suarez fuse demonstrat.

(*e*) Boehem. J. E. P. Lib. III, Tit. I, §. XIV. His XXXIV *capitibus* absolvuntur famosæ illæ regulæ Chrodogandi, quibus *Ecclesiæ cathedralis* clerum, admodum a regulis conciliorum devianiem, ad saniorem mentem reducere allaboravit. Illæ ipsæ tamen apertissima documenta miseriæ & barbariei illius temporis edunt, cum revera nihil in ipsis habeatur, quod ad *proprium clericorum* officium spectet. Hoc consistit in eo, ut gregem Dei pascant, & omnia ad ædificationem Ecclesiæ seu plebis faciant, atque ita officio boni pastoris fungantur. Sed hæc fere intacta relinquuntur: Clerus ad inertiam, stupiditatem, monasticam vitam, & deblaterando psalmos ritu Romano obligatur, instituiturque, quomodo ex formula Chrodogandi edere, bibere, incedere, dormire, vigilare, sedere, legere, psallere &c. debeat, quasi, his observatis, satis suo fecerit officio, & ad regulas Christi mores suos composuerit.

(*f*) Benedict. XIV De SS. Missæ Sacrificio Lib. III, cap. XVI, §. 10. Excitatam nuperrime intelleximus quæstionem, an Sacerdotes Missam cum Episcopo celebrantes eleemosynam possint accipere, Missam ei applicando qui eleemosynam præbet. Cardinalis de Lugo tract. de Sacramentis dispur. 19, sect. 12, n. 252, diserte docet: *quod si duo Sacerdotes simul consecrarent unam Hostiam, essent duæ oblationes, & singuli possent applicare Missam pro diversis*. Huic sententiæ subscribere videtur Suarez tom. 3 in 3 par. D. Thomæ q. 83, art. I, disput. 79, sect. 12, §. *Hic vero potest*. P. la Croix tom. 2 Edit. Venetæ ann. 1722, pag. 137, n. 219, postquam sententiam eorum exposuit, qui putant recens ordinatos Missam juxta intentionem Episcopi, qui celebrans est præcipuus, applicare debere; ab hac discedit opinione, aitque Ordinatum quidem non esse celebrantem præcipuum, sed tamen revera celebrate, nec ullam esse causam, quamobrem illi adimi possit auctoritas applicandi Missam, cui sibi libitum fuerit. Verum pag. 356, §. 3, n. 2332, rursus existimat, non licere Sacerdoti accipere eleemosynam; tum quia qui eleemosynam præbet, Missam solitam ad Altare postulat celebrari, tum quia in controversia positum est, an Sacerdos concelebrans consecret, cum contingere possit, ut ultima Consecrationis verba pronunciet, postquam Episcopus eadem verba omnia pronunciaverit. Sed postremam hanc rationem nullius esse roboris dudum demonstravimus. Primæ vero rationi similitudo inest aliqua veritatis, sed ex ea tamen inferri non potest, Sacerdotes in Ecclesia Græca concelebrantes non posse eleemosynam accipere, & Missam ei applicare, qui eleemosynam præbet, præsertim vero si Sacerdotalibus induti vestibus integram recitent Missam, consecrent, & consu-

folum Episcopo, sed singulis quoque Sacerdotibus pro Missa pecuniam ab Fidelibus datam fuisse; nam postquam ad Clericorum familiam dividundam ventum est, (Vid. sup. qu. XIII, §. 2.) in mores abiit, ut & Fideles suas oblationes dividerent, ejusdemque Ecclesiæ, ac Presbyterorum fierent, quibus offerebantur (g). Itaque singulæ Ecclesiæ ac singula Altaria fundos, agros, prædia, queis donabantur, tanquam sua possidere cœperunt, ex iisque fructus percipere, sumptus decernere, impensas facere, totaque pristina Episcopi administratio eo reciderat, ut vidua-

ta-

---

sument. Difficultas in eo tantum esse potest, an eleemosynam iis liceat accipere, qui usitatis induti vestibus Missæ tantummodo adsunt, & Eucharistiam accipiunt, ut ex quodam Responso intelligitur Gregorii XIII; quod commemorat P. Thomas a Jesu *de Conversione omnium gentium promovenda* pag. 485, 486, quo casu prohiberi non possunt ab eleemosyna accipienda, modo eam non accipiant titulo applicationis Missæ. In Ecclesia Occidentali quando Sacerdotes cum Episcopo celebrabant, oblationum erant participes; oblationibus vero cum successerit eleemosyna, facile intelligi potest, ubi etiamnum vigeat ritus concelebrationis, non posse concelebrantem privari jure suo accipiendi eleemosynam pro Missa ei applicanda, qui eleemosynam præbet, quique præsertim probe est conscius, Sacerdotem eo modo Missam Episcopo concelebrare. Quod si aliter dicamus, Orientalis Ecclesiæ Presbyteri eleemosyna plerumque carebunt.

(g) Van-Espen J. E. U. Part. II, Tit. XVIII, Cap. I, §. 8. At labentibus sæculis disciplina Ecclesiæ labescente; nec non Episcoporum, Œconomorum, vel Archidiaconorum in rebus Ecclesiæ dispensandis fidelitate, & integritate a pristino suo gradu declinante, frequentissimæ fuere dissensiones, & querelæ inter Clericos, quibus proventus Ecclesiæ distribui debebant, & eos quibus dispensationis cura incumbebat.

Hinc Clerici, ut se a prætensis vexationibus, & injusta dispensatione eximerent, primo cœperunt singuli Presbyteri sibi arrogare oblationes in Ecclesia propria factas, quæ antea ad Episcopum dividendæ ferri consueverant.

Cum jam jus recipiendi oblationes easque suis usibus applicandi ad singulos Presbyteros esset devolutum, tandem etiam cœperunt res Ecclesiasticæ passim dividi, atque singulis sua portio fundorum, unde proventus ipsimet reciperent, assignari: quod quidem non eodem tempore, nec ubique aut aliquo Decreto Conciliari introductum; sed paulatim de una Ecclesia ad aliam transiit.

At illud notandum, quod sicuti prædia, quæ *Beneficiario* jure a Principe data possidebantur, mortua persona extinguebantur, & ad Principem revertebantur; ita quoque primitus comparatum fuisse videtur, ut res Ecclesiæ jure *Beneficiario* Clericis concessæ, tantum ad eorum vitam censerentur datæ; ipsasque possiderent non *jure tituli*, sed tantum jure personali; ut ita post mortem totaliter ad Episcopi dispositionem reverterentur.

Ulterius quemadmodum Principes sua bona jure *Beneficiario* dabant iis, qui servitium utile, aliave obsequia præstarent, similiter Episcopi bona Ecclesiæ possidenda vel utenda, seu potius jus percipiendi eorum fructus dabant Clericis, ut Ecclesiæ *militarent*, seu officium exhiberent, quisque juxta vocationem suam. Hinc illud vulgatum approbatum per Bonifacium VIII, *in cap. fin. de Rescriptis* in 6. *Beneficium datur propter Officium*; ubi Beneficium accipi pro jure percipiendi proventus, nemini dubium est.

Cum vero incommodum videretur, quod moriente Presbytero successor ejus jus percipiendi proventus ab Episcopo, ejusque quasi liberalitate recipere denuo deberet, cœperunt singulæ Ecclesiæ jus percipiendi proventus intra limites suarum Ecclesiarum, suis Presbyteris, independenter ab Episco-

tarum Ecclesiarum, ac vacantium bonorum procurationem haberet, earumque possessionem Presbyteris successoribus traderet (h).

Q U.

pis, vindicare, invaluitque tandem juris axioma, quod Parochi habeant fundatam intentionem ad percipiendas decimas, oblationes aliosque proventus intra fines suarum respective Parochiarum provenientes.

Jus itaque fructus percipiendi jam non personis, sed Ecclesiis, seu titulis annecti cœpit: ita ut qui titulum haberet, jus quoque fructus percipiendi ex bonis titulo annexis consequeretur: quæ disciplina tandem universaliter obtinuit, & recepta fuit.

(h) Bohem. J. E. P. Lib. II, tit. V, §. 54, Tom. II, pag. 298. Erant antiquitus *Feuda*, seu *Beneficia Sacularia* nihil aliud, quam stipendia, quæ pro servitio, & fidelitate militari solvebantur, ex quo etiam nomen *feudi* postea assumpserunt. Feudum enim juxta Speelmannum *p.* 216, *salarium est per translationem prædii, quo ex beneficio gaudet vassallus. Feo enim*, pergit, *feh & fee merces, stipendium, atque inde feudum*. Quæ ita jure beneficii transferebantur in milites seu vassallos, in eorum patrimonio non erant, quia revocari poterant, ad minimum morte *beneficiarii* ad dominum revertebantur. Erant olim apud Romanos etiam *beneficia* quædam, quando veteranis possessiones devictarum gentium in præmium assignabantur, quorum meminit Paulus in l. II, D. *de evict.* Sed hæc beneficia *quodammodo* in patrimonium veteranorum transibant, morte eorum non expirabant, nec propter *servitia certa* dabantur. Similia identitatem rei non inferunt. *Beneficium* olim verum erat *stipendium*, vel *salarium*, quod ob causam solvebatur, h. e. ob *ministerium*, *officium*, vel servitium. Romani officialibus salaria assignabant ex publico ærario, Germani olim ærario tali destitui erant, pecunia apud eos rara, prædiis abundabant. Dederant ergo ministris suis & vassallis seu obnoxiis, quos habuere agros, sylvas, prædia, & quidem tamdiu, quamdiu officium gerebant. Eo revocato, redibat prædium ad dominum. Similiter extincto vassallo, stipendii causa quoque deficiebat, & beneficium reverti debebat ad dominum, qui jure *proprietatis* de eo disponere poterat. Beneficiarii *fideles* dicebantur, quia ministri potissimum se ad *fidem* domino obstringunt. Mores ecclesiastici ad hæc instituta sese paulatim accommodarunt, ut ante fusius ostensum. Data sunt clericis certa prædia ecclesiastica *jure beneficii*, pro servitio *ecclesiastico* ad instar salarii & stipendii, quæ ad Ecclesiam revertuntur, officio per mortem vel alio modo finito. Inde sicuti postea in feudis, ita quo ad hæc beneficia *investitura* accessit, ut infra suo loco dicam. Quæ in feudum dabantur, *jure* quodam *usus fructus* possideri videbantur, ut docet diploma de anno 985, apud Aubertum Miraeum *in eod. donat. piar. c.* 42. *Fideli nostro Theodorico comiti, quiequid nostro concessu hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quæ vocantur Liora, & Hisla, in proprium dedimus cum omnibus utensilibus, quæ in eodem beneficio, regio concessu, per fructuarium usum ante hac possedit.* Simili jure etiam beneficia ecclesiastica possideri dicebantur.

Idem

Idem ibid. §. 55. Plura sunt exempla, quæ indicant, Ecclesiastica Beneficia eodem modo collata fuisse, uti sæcularia, quæ convenientiam egregie ostendunt. Quid multa? Sicuti ipsa feuda temporibus subsequentibus hanc novam induerunt naturam, ut fierent quodammodo *perpetua*, & in hæredes, ad servitia militaria præstanda habiles, transitoria; ita quoque beneficia Ecclesiastica, quæ olim ex nutu episcoporum dependebant, facta sunt *perpetua*, officio certo ecclesiastico *in perpetuum* addicta, ut non amplius possent ab Episcopo successori denegari, sed cuicunque, in officio tali succedenti, conferri deberent: Hinc est, quod vulgo definiunt Beneficium jus perpetuum, percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis propter officium seu ministerium ecclesiasticum, auctoritate Ecclesiastica constitutum.





QU. XV.

Exprome mihi quintum, Canonicorum, statum.

§. I. COmmunis Canonicorum vita, ac mensa ad Chrodogandi regulas exacta Sæculo X vertente dissui cœpit (a), quo tempore Ecclesiastica disciplina denuo fluere, ac retro referri visa est. *Anno isto* (sunt verba Trithemii in Chron. Hirsang. an. 977.) *moritur Theodoricus Archiepiscopus Trevirensis, sub quo Canonici Majoris Ecclesiæ ibidem abjecta vita communi, quam hucusque in eadem Ecclesia Majores eorum continuaverant, desierunt esse sub regula, & facti sunt nomine, & conversatione sæculares. Quorum exemplo malo Canonici quoque S. Paulini Trevirenses, & S.* Ca-

(a) Mutator. Antich. Ital. Diss. 62, Tom. III, pag. 341. Ma chi non sa, a quante vicende sieno sottoposte le umane cose, e come la natura nostra inclini al male? Santamente instituita era la Regola de' Canonici, e così dilatata, che forse in niuna Città mancava questo bell'ornamento, e un sì nobil esempio di Disciplina Ecclesiastica, vivendo tutti nel Chiostro medesimo, e facendo vita comune. Pure quella concupiscenza, che giunse sovente ad alterare l'instituto benchè rigido de' Monaci, educati nella scuola della virtù, seppe ancora distorre i Canonici dal corso così ben impreso per decoro della Chiesa. Anzi tanto più questi che gli altri spinse ad abbracciar costumi non degni di persone consecrate a Dio, quanto meno essi si accostavano alla perfetta maniera di vivere de' Monaci. Imperciocchè non professavano i Canonici la severa Disciplina Monastica, nè una assoluta povertà come dicemmo, e tuttochè vivessero insieme nel Chiostro, pure non apparisce, che interamente rinunziassero al Secolo. Entrò dunque fra loro l'interesse, il Lusso, ed anche la Lussuria, talmentechè in qualche luogo di peggior condizione si scorgeva la vita de' Canonici, che quella de' Laici, e a poco a poco la lor comune abitazione restò senza Abitatori.

Cardinalis Garampius Diss. IX de Vit. Canonic. §. 6, pag. 269. Questo generale rilassamento della Vita Canonica proveniva talvolta da' vizj e delicatezza del Clero, talvolta dalla poca vigilanza de' Pastori, e talvolta ancora da violenza di guerre, o di pubblici o privati infortunj, di sorte che dispersi una volta i Canonici, anche senza loro colpa, dal chiostro, non più ebbero poi bastante zelo per tornare a riunirsi insieme, dapoichè aveano gustati i comodi della vita privata e secolaresca. Nè questo rilassamento si fece tutto in una volta; ma s'incominciò fino da' tempi del Concilio Aquisgranense ad autorizzare la *proprietà*; talvolta si sospese per mancanza di sufficienti rendite la Vita Comune, alla quale poi ritornare, cessato il bisogno, pareva troppo malagevole cosa. E così molte Canoniche, di *Regolari*, ch'erano, divennero a poco a poco *Secolari*. Non per questo però erano sciolte dal convitto claustrale, che a' Canonici Secolari da tutti i Canoni era ingiunto. Ma anche questi incominciarono per le stesse ragioni a lasciare talvolta il comune Refettorio, il quale al più si riserbò soltanto per alcuni tempi o Solennità maggiori dell'anno. Dal comune Dormitorio si passò alle proprie celle. Dalla pernottazione e residenza continova personale nel chiostro,

Castoris in Confluentia Moguntinenses, & Vormatienses, & complures aliarum Ecclesiarum diversis quidem temporibus, sed uno impietatis spiritu communem vitam abjiecerunt.

§. II. Vitæ communis dissolutio aliam peperit bonorum divisionem (*b*). Non amplius Canonicis una Mensa, una Domus, una Arca, sed singuli suam Mensam, suam Domum, suam Arcam sibi habere; quinimmo ipsos Ecclesiæ fundos, qui communem victum, ac cultum Canonicis eo usque suggesserant, inter se partiri, singulique suos agros possidere (quos Præbendas dixerunt) (*c*), iisque suo ar-

stro, si venne a dispensarne per qualche mese dell'anno; finchè a poco a poco decadendo la Disciplina, ora in un conto, ora nell' altro; si è giunto finalmente a perdere affatto ogni vestigio di quella Canonica Vita e Claustralità, che con tanto profitto del Clero già si osservava. A' nostri giorni dove sussiste ancora l'edificio dell'antico chiostro, serve tuttavia per privata abitazione di qualche Canonico, ma senza quella comune conventualità, che per l'addietro si praticava. Fuori d'Italia però conservasi in varj luoghi l'antica Disciplina, come nella Chiesa di Chalons, dove Monsignor Francesco Bianchini *maxime admiratus est summam Cleri Disciplinam, præcipue in Ecclesia Metropolitana residentis, qui ad Matutinum media nocte quotidie surgunt.*

(b) Antonius Matthei Lib. II de nobil. cap. 22. Bonorum copia, qua Capitula Sæculo X abundabant, ad deserendam vitam communem Canonicos inducebat, ut seorsim habitarent, & singuli separato victu uterentur. Domus eorum circa Ecclesiam construebantur, & antiquo nomine retento passim Claustrales vocabantur, nec aliis, quam Canonicis assignabantur. c. 25 de Præ. & dignit. Actum hoc fuisse ex conniventia Episcoporum docent statuta Ecclesiæ Majoris Ultraj. ctinæ, quæ sic habent. *Ex instituto ordinis, eodem refectorio comedere, & dormire eodem dormitorio tenemur, & vivere de communi, sed ex dispensatione Episcoporum hoc hactenus scientium, & tolerantium, in privatis domibus habitamus. Non tamen licet alicui canonico habitare nisi in domibus claustralibus.* Vocatæ etiam hæ domus sunt Curiæ, qua appellatione hodie gaudent. Hac separatione facta, noluerunt ex antiquis distributionibus amplius vivere: lautior & hilarior vita placebat, quæ uberiores reditus desiderabat. Inde Origo *præbendarum*.

Cardinalis Garampius loc. cit. §. XXVI, pag. 304. Circa questi tempi, cioè nel 1232, anche i Canonici Ferraresi si divisero fra di loro i beni, (Ant. med. ævi Tom. V, pag. 230.) e questa divisione sul fine di questo stesso secolo io la vedo fatta quasi in tutti i Capitoli d'Italia. Onde in varj libri di Decime raccolte dalla Camera Appostolica sotto il Pontificato di Bonificio VIII trovo, che i Canonici di Sutri, Nepi, Narni, Orte, Amelia, Soana, Bagnorea, Orvieto, Arezzo, Volterra, Pisa, Prato, Firenze, e Fiesole pagavano ognuno separatamente quella rata, che competeva alla loro Prebenda, o Canonica porzione.

(c) Doviatius in Lancelotti Institut. ad Titul. de Præbend. & Dignit. Beneficium generale nomen est, quo aliquando Dignitates etiam continentur: Præbenda Beneficii species. Utrumque vocabulum promiscue non raro usurpatur; atque a profana militia ad sacram est traductum. Et initio quidem in armata militia *Beneficia* dicebantur, stipendia ob rem præclare gestam beneficio Ducis aucta, unde Ducum Beneficiarii milites leguntur apud Cæsarem non uno loco. Postea Prædia, quorum usufructus militibus, eodemque more in Ecclesiam invecto Clericis permittebatur, Beneficii nomen acceperunt, ut videre est in *Can. hujusmodi 3, X, qu. 2*, qui canon desumptus est ex *l. jubemus 14, §. 5, Cod. de sacrosanct. Eccles.* Qua notione accipitur etiam Beneficium *in Can. 4, precariæ sub fin. X, quæst. 2*, eoque pertinet ex Conc. Agathensi, *Can. Casellas t, ead. caus. & quæst.* itemque *canon Clerici U, XVI, quæst. III*, cum *can. II, Episcopus*

arbitratu frui voluerunt. Hinc avaritia, hinc luxuria, hinc ambitio, hinc desidia, hinc tota vitiorum cohors in Canonicorum ordinem exundavit. *Quæ*, *& quanta vitia orta sint*, *atque quotidie oriantur* (inquit Dionysius Carthusianus de vit. Canonic. art. II.) *ex relaxatione illa vitæ communis*, *Dormitoriique ejusdem*, *experientia potius docuit*, *quam lingua possit explicare*. Quid non designat licentia pro lubitu vivendi, bonisque Ecclesiasticis ad ingenium utendi?

§. III. Huic pesti tam exitiali mederi omni ope, omnique studio annisi sunt viri pietate, & doctrina eximii; nec ullum remedium potius, ac præsentius visum fuit, quam si aut Monachi in Canonicorum locum subrogarentur (*d*), aut Canonici Monachorum compedibus constringerentur. Rem totam narrat Gerardus Dubois Hist. Eccl. Parif. Lib. XI, pag. 788: „ Cum ineunte Sæculo „ XI viri aliquot, quos pietas, ac „ religio afficiebat, a Clericis per- „ spicerent non custodiri præcepta Ca-

pus 11, *ibid.* ex Concilio Lateranensi I, aliique. Progressu temporis, Beneficia dicta fuerunt in utraque militia, quæ deinde Feuda barbaro vocabulo appellata, nisi quod illa temporaria erant, aut certe ad tempus vitæ concedebantur; hæc in perpetuum dantur, & transmittuntur ad successores. Nomine autem *Præbendarum* significabantur sal, ligna, cæteraque ad annonam pertinentia, quæ Magistratibus, Legatis publice missis, militibus etiam, hospitii causa de more erogabantur, de quibus Acron, aliique Interpretes Horatii *lib. I, Serm. sat. I*, sive quicquid exercitui *præbendum* conducebatur, ut loquitur Ulpianus *in l. inviti 19 D. de testib.* Cassiodorus *Præbendarum* vocabulo in hac re usus est *lib. 3 Var. Epist.* 42, *& lib.* 5, *Epist.* 39. Nono tandem, aut decimo Sæculo *Beneficii & Præbendæ* vocabula pro stipendio Clericis ex rebus Ecclesiæ debito usurpari cœperunt. Sic sane accipiuntur *can. si quis dator.* 201, *quæst.* 3, quamvis eadem ratione *præbendos* singulis Clericis centum solidos dixerat diu antea S. Gregorius *lib.* 9, *Ep.* 29. Plerumque tamen distinguitur Beneficium a Præbenda, quod illud generaliter significet jus percipiendi reditus Officio cuivis spirituali in qualibet Ecclesia assignatos, quomodo Nicolaus Papa usurpasse videtur in *can. studeat* 39, *in fin. dist.* 50, ubi tamen si quis id nominis pro quodam precariæ genere accipi contendat, me non admodum repugnantem habuerit. Præbenda vero specialius sumitur pro eo jure, quod Canonicis ferme competit, redituum, rerumve Capituli sui portionem aliquam sibi vindicandi ratione Officii Divini in Ecclesia sua obeundi.

(d) Vid. Joann. Mabillon. Annal. Benedict. Tom. IV, pag. 586, & Opp. posthumorum Tom. II, pag. 102, 115, Heliot Histoire des Ordes Tom. II, pag. 11. Plurimæ etiam variis locis de hac Canonicorum emendatione chartæ leguntur in Gallia Christiana Monachorum Benedictinorum.

Cardinalis Garampius loc. cit. §. VIII, pag. 271. I Vescovi più zelanti non solo cercavano di ridurre i suoi Canonici al chiostro, ma ben conoscendo, che difficilmente potevasi mantenere la comune abitazione nel chiostro, quando si permetteva a' Canonici la *proprietà*, e quando non si fossero legati col stretto voto dell'ubbidienza, prescrivean loro l'osservanza della Regola di S. Agostino. Perciò Pietro Vescovo di Nizza ridusse alla medesima i suoi Canonici, siccome apparisce da una Bolla d'Innocenzo II. (Ughelli Tom. IV, pag. 1547.) Tali erano ancora quelli di S. Genesio in Toscana, a' quali Celestino III confermò *Vitæ Canonicæ ordinem*, *quem estis professi*, cioè *sub Vita Canonicæ Disciplina*, *& communiter*, *secundum SS. Patrum dispo-*

„ Canonum, & ipsos a prisca Canonicorum observatione longe deflexisse, inquirere inter se cœperunt, qua ratione hæc damna repararent, & quomodo salubria malis grassantibus adhiberent remedia. Inquisitum est imprimis in causas grassantis mali: proclivem animum in malum esse invenerunt, euntemque sæpius, non quo ratio, & æquum eum ducerent, sed quo præceps impetus eum raperet, quo immoderati affectus eum pertraherent, sæpius eo ruere, quo habendi cupiditas, honorum, voluptatumque libido eum impellerent; ea vero tamquam frenis coercenda esse: quapropter re accurate perpensa, & diligenter discussa, in hanc discesserunt sententiam, Clericos esse quibusdam vinculis constringendos, ne extra rectæ rationis limites evaderent, sed potius religionis Christianæ severiora instituta inviolate custodirent. Visum est igitur, habendi vehementius desiderium voluntariæ paupertatis sponsione esse refrænandum, honorum ac dignitatum ambitum votiva rerum sæcularium abrenuntiatione esse coercendum, libidinem aliasque cæcas cupiditates, castitatis, & continentiæ devotione esse propellendas; &, ne cæcæ voluntatis impetus in transversum eam ageret, censuerunt eam arctiore obedientiæ vinculo esse constringendam." Sed morbus altiores radices, stirpesque egerat, quam ut elidi, evellique omnes penitus posent. Quamobrem mali vis sedata potius quam sublata; ac non multo post tempore Canonicorum disciplina gravius decubuit, eaque quæ jam consanuisse videbantur, ægrius recruduerunt.

QU. XVI.

spositiones. (Lami Hodoepor. Par. I, pag. 165.) Così erano i Canonici di Città di Castello, i Lateranensi, e quelli di Perugia, come in appresso partitamente si vedrà. Anche nella Chiesa di S. Maria in Villagemini (ora unita alla Cattedrale di Perugia), osservavasi la Regola di S. Agostino, siccome ho veduto in una Bolla di Eugenio III, in data dei 4 Decembre dell' anno 1550. (Detta Bolla esiste nella Cancellaria Capitolare di Perugia). E più altri simili esempj possono osservarsi nelle Storie del Pennotto, e in molte altre particolari di Città e Luoghi d' Italia. Vid. ibid. §. IX, X, XI, XII, ubi acerrimi judicii Vir plura ad hanc rem scitu dignissima in lucem educit.



QU. XVI.

Quæ Psalmodia, quique divinus cultus in quinto Ecclesiarum statu?

§. I. Licet Canonici Sæculo XI a vivendi communione discessissent, psallendi tamen communionem retinuere; nisi quod desidia, quæ communi vita abjecta, in Canonicorum animos irrepserat, eorumque medullis inhæserat, ad hoc munus segniores admodum reddiderat. Itaque necesse fuit illos ad divinum cultum allicere crustulis, & bellariis, quæ *distributionum quotidianarum* nomen sibi sumpserunt, quæque præsentibus darentur, absentibus denegarentur. Harum distributionum exemplum habemus apud Ivonem Carnotensem Ep. 219, an. 1100. *Cum in pluribus Canonicorum Carnotensium desuevisset disciplinæ regularis observantia, ut de negligentibus facerem diligentes, deliberavi apud me, ut darem iis dimidiam Præposituram, ut inde fieret panis quotidianus, quem acciperent assidui, amitterent tardi, ut ad quas panis interni dulcedo non movebat, panis corporei refectio provocaret: quamvis eorum annua præbenda ad hoc satis esse deberet* (a).

§. II. Etsi vero Comprecatio apud Ca-

(a) Inter Clericorum redditus numerantur etiam distributiones quotidianæ, quæ debentur Canonicis, qui Divinis Officiis intersunt. Nulla enim est vel Cathedralis, vel Collegiata Ecclesia, quæ communem arcam non habeat, unde sumuntur hæc præmia; quæ singulis diebus, atque horis adscripta sunt, ut Choro addicti facilius hac illecebra ducti, & frequentius ad illum conveniant. Non tamen hujus præsertim emolumenti ratio, sed pietatis studium, & obsequium in Deum ad chorum vocare unumquemque debet, neque effugeret simoniæ labem, qui tantum distributionum utilitate traheretur.

Synodus Tridentina distributiones approbat, atque eas in morem perduci jubet, ubi veteri instituto receptæ non essent. Propterea statuit, ut in cunctis cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis tertia pars fructuum, aliorumque redditruum, qui ad Capituli Dignitates, aut ad Canonicos pertinent, ab Episcopo, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegato, in quotidianas distributiones convertatur. Concilium Tridentinum *sess.* 21, *cap.* 3, *de reform.*

Distributiones, quas absentes amittunt, capitulum nemini remittere, & condonare potest: sed Ecclesiæ fabricæ, aliive pio loco Episcopi arbitrio adscribendæ sunt distributiones eorum, qui reditus habent a Capituli mensa sejunctos; eorum vero, quibus ex eadem mensa communes sunt reditus, inter præsentes dividuntur. Sunt tamen qui justis de causis abesse coguntur, & hi distributiones acquirunt, perinde ac si præsentes essent, quales sunt vere, & graviter ægrotantes, carceribus injuria detenti, & absentes propter pestem, vel propter Ecclesiæ utilitatem.

Vide

Canonicos adhuc loco aliquo ſtaret, Concelebratio tamen in Latina Eccleſia exoleverat, atque inveteraverat, Canonicique Conventuali Miſſæ intererant, quin ſimul una eam concelebrarent. Miſſæ privatæ, quarum antea rariſſimus uſus, Sæculo XII ubique jam increbruere, atque in quotidiana conſuetudine eſſe cœperunt. Hoc enim tempore Chriſtianorum multitudo adeo creverat, ut tantam hominum vim Sacræ ædes capere non amplius poſſent. Nec publica Miſſa rem Chriſtianam tam magnam ſufferre valebat. Opus igitur fuit Miſſis privatis, quibus ii intereſſe poſſent, qui publicæ Miſſæ adeſſe non potuiſſent. Hæc privatatum Miſſarum neceſſitas ingentem feneſtram patefecit ad Presbyteros creandos, quin ulli Eccleſiæ addicerentur (*b*), quam obſtruere conati ſunt Tridentini Patres; at rima reperta eſt, qua Epiſcopi elabantur, nec uſpiam deſunt, qui horum Presbyterorum, quamvis innumerorum, ordinationes *neceſſitatis*, aut utilitatis nomine colorent. Sed ſi privatarum Miſſarum uſus utopienſibus Presbyteris multiplicandis initium fuit næ & uto-

Vide Suareſium de Relig. Lib. IV, de Horis Canonicis cap. 10, & Bened. XV Inſtit. CVII.

(b) *Nullum abſolute ordinari*, inquit Concilium Chalcedonenſe *can. 6, Delect. actor. Eccleſ. univ. col. 220, tom. 1, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui ſunt in ordine Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter in Eccleſia Civitatis, vel pagi, vel martyrio, vel Monaſterio is, qui ordinatur, deſignetur. Eos autem, qui abſolute ordinantur, decrevit S. Synodus irritam, ac invalidam habere ejuſmodi manuum impoſitionem, & nuſquam exercere, ac operari poſſe ad ejus, qui ordinavit, injuriam*. Eadem habet Concilium Francofordienſe *can. 28, col. 714, eod. loco*. Aliquem *abſolute ordinare* idem erat atque *ordinare ſine titulo*, hoc eſt nulla deſignata Eccleſia, cui perpetuo addictus eſſe, atque inſervire deberet. Omnes enim Clerici in Ordinatione certæ adſcribebantur Eccleſiæ, quam deſerere non poterant, niſi ab Epiſcopo dimiſſi fuiſſent, quo ſpectabant veteres *litteræ dimiſſoriæ*. Quare Clericos, qui ſine Epiſcopi venia a ſuis Eccleſiis diſceſſerant, ad eas redire cogunt, & pœnis etiam coercent. S. Leo M. *Ep. 1, cap. 5, col. 590, tom. 1 Opp. ed. Ballerin. Venet.* 1753, S. Gregorius M. *lib. 9, ep. 65, col. 981, tom. 2, ed. Maurin. Pariſ.* 1705, Concilium Arelatenſe, *can. 21, col. 30*, & Francofordienſe *can. 27, col. 714, Delect. actor. Eccleſ. univerſ. tom. 1, Lugduni* 1706. Quod idem ſancitum eſt *Novel. 3, cap. 2*, & in Capitularibus Regum Francorum *apud Baluzium tom. 1, Capitul. 1, an. 789, cap. 24, col. 163, Capitul. an. 794, c. 26, col. 193, Capitul. 1, incerti an. cap. 11, col. 351, Capitul. Caroli M. lib. 1, cap. 3, col. 475 ed. Venet. an.* 1772. Ordinatorum titulos populo nunciabat Archidiaconus ea formula, quam deſcribunt Romani Correctores *in can. 1, diſt. 70*. Ab Eccleſiæ titulo non procul aberat titulus Monaſterii. Quidam enim ordinabantur, ut ſacra conficerent in ſacellis Monaſteriorum, & hi quidem his ſacellis erant addicti, ut cæteri clerici Eccleſiis ſuis. Non deſunt tamen exempla quorumdam, quorum inſignis pietas, atque doctrina, propter quam Eccleſiæ univerſæ utiles videbantur, ab Epiſcopis impetrare potuit, ut in ordinatione nulli certæ Eccleſiæ adſcriberentur. Ita Paulinus *Ep. 6, p. 7, ed. Veron.* 1736, de ordinatione, qua inſignitus eſt a Lampio Barcinonenſi, habet hæc: *Ea conditione in Barcinonenſi Eccleſia conſecrari adductus ſum, ut ipſi Eccleſiæ non alligarer in Sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum Eccleſiæ dedicatus*. Ea-

& utopiensium postea Presbyterorum multitudo privatarum Missarum (c) magnum extitit incrementum.

§. III. Hæ Missæ privatæ male audiunt ab nostrorum temporum heterodoxis, nec orthodoxorum omnia ferunt puncta. Verum adsint dum hi Misoliturgi, paucis eos volo. Neque

demque lege Hieronymus a Paulino Episcopo Antiocheno ordinatus est. Erant tamen hæc exempla præter communem consuetudinem, a qua se recte discedere Episcopi putabant posse, ut morem gererent illis, quos Ecclesiæ universæ utiles fore prospiciebant. Verum ea disciplina, per quam nemo ordinabatur, nisi certæ adscriberetur Ecclesiæ, generatim obtinuit, eaque vigebat adhuc Sæculo XI, uti patet ex Concilio Placentino *can.* 2, *dist.* 70, & Claramontano *can.* 13, *Delect. actor. col.* 1158. Eodem autem redibat Ecclesiæ, ac Beneficii titulus; nam qui certæ adscribebatur Ecclesiæ, ei de ipsius Ecclesiæ reditibus alimenta præstabantur, quæ præstationes initio beneficia fuerunt. Patrimonii titulo occasionem dedisse videtur Alexander III, *in cap.* 4, *de præben.* cum Episcopum, qui Clericum sine beneficio ordinaverat, liberat a pœna eidem suppeditandi necessaria, donec Ecclesiasticum beneficium obtinuerit, quo sese alere honeste possit; *nisi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de sua, vel paterna hereditate subsidium vitæ possit habere.* Si recte Alexandri mentem inspiciamus, non hic profecto ipse patrimonii titulum instituit, sed tantum proponit casum, quo Episcopus ab ea pœna liberetur. Verumtamen Canonistæ hoc freti decreto Alexandri indiscriminatim ordinari putarunt Clericos vel Beneficii, vel patrimonii titulo, sed Concilium Trident. *sess.* 21, *cap.* 2, *de reform.* statuit: *ne quis clericus sæcularis ad sacros ordines promoveatur nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere . . . . . Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari postbac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.* Quibus ex verbis manifestum est, recte definitum a Sacra Congregatione Concilii apud Fagnanum *in cap.* 4, *de præbend. num.* 24, ex sententia Synodi Tridentinæ beneficii titulum *legitimum*, atque *ordinarium* esse, titulum vero patrimonii, ac pensionis *extraordinarium*, ac veluti *ex dispensatione* admitti, cum nimirum Episcopus pro Ecclesiæ utilitate, aut necessitate aliquem ordinandum esse judicaverit.

(c) Lutherani, & Calviniani improbant morem dandi pecuniam Sacerdoti rem divinam acturo, quasi ea pretium sacrificii sit. Sed hanc calumniam jampridem anteverterat S. Thomas 2, 2, *quæst.* 100, *art.* 2, *ad* 2, inquiens: *Sacerdos non accipit pecuniam, quasi pretium consecrationis Eucharistiæ, aut Missæ decantandæ, hoc enim esset simoniacum, sed quasi stipendium suæ sustentationis. Et in* 4, *dist.* 25, *quæst.* 3, *art.* 2, *quæstiunc.* 1, *ad* 4. *Facere pactionem*, inquit, *de Missa celebranda, est simoniacum semper. Si tamen non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio Missam cantare, potest accipere denarios, sicuti conducti Sacerdotes faciunt; non quasi pretium Missæ, sed quasi sustentamentum vitæ.* Huc etiam spectat Gersonius *in opusc. de solicitud. ecclesiastic. tom.* 2, *partic.* 19, *pag.* 603, *edit. Antuerpiæ* 1706, cum ait: *Sufficere in primis debet ad consensum hujus veritatis usus totius communis Ecclesiæ, qui sic habet, & recipit, cui si quis detrahit, imprudenter se decipit. Et partic.* 6, *pag.* 599. *Nihil æquius*, inquit, *secundum omnem legem esse deducit Apostolus I ad Corinth.* 9, *quam qui altario deservit, de altario & vivat.* Hæc eadem, quæ a D. Thoma, aliisque pietate, ac doctrina præstaotibus viris de honorario Missarum adversus hæreticos animadversa sunt, quadrant etiam in libellum Neapoli editum, cui titulus *Dissertazione su l'onorario delle Messe*, de quo libello judicium ediderunt veritatis, ac sapientiæ

que vero totam antiquitatem excutio (*d*), ut privatarum Missarum exempla congeram; in ea ipsa, quam tantopere nobis prædicant, Concelebratione omnia illarum lineamenta deprehendo. Quid enim aliud erat concelebratio, quam plures Missæ uno in loco; uno eodemque tempore celebratæ? (Vid. sup. qu. XIV §. III, N. e) Quid igitur si hæ plu-

---

tiæ plenum Scriptores Annalium Trivultiensium *ad menses Januarii & Februarii an.* 1749. In hoc libello eadem pene dicuntur, quæ contra Missarum honorarium dicta, & a pluribus refutata sunt, tum potissimum recensentur mala, & incommoda, quæ ex eo propter sacerdotum avaritiam oriri dicuntur. Sed huic rei satis provisum est a Synodo Tridentina, *sess.* 22, *in decret. de observan. & evitan. in celebr. Missæ*, cum sancivit, ut Episcopi *cujusvis generis mercedum conditiones, pacta & quidquid pro missis novis celebrandis datur; nec non importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones potius, quam postulationes, aliaque hujusmodi, quæ a simoniaca labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeant*; atque a Summis Pontificibus, præsertim Benedicto XIV, cujus præclara ea de re est *Constitutio* 22, *pag.* 34, *tom.* 1 *ejus Bullarii edit. Romæ seu Venet.* 1754. Si qui sunt Sacerdotes, qui saluberrimis hisce legibus non obtemperant, non ideo tollendum est Missarum honorarium, uti nemo tollenda dicat beneficia, quoniam interdum simoniæ causam præbent; itemque cætera bona, quoniam iis sæpe hominum vitia abutuntur.

(d) Bingham. Orig. Eccl. Tom. VI, pag. 380, §. 4. Cardinalis Bona uno quodam capite satagit demonstrare Missam solitariam novitatem esse, antiquæ ecclesiæ incognitam, & ipsi tenori præsentis canonis *Romani* contrariam. Et capite proxime sequenti probare nihilo secius adlaborat, missam privatam sine communicantibus antiquissimam esse, & laudabilem consuetudinem. Primo loco dicit: ,, Ab initio sic sacrificium principaliter institutum fuisse ut publice ac solemniter fieret, clero & populo adstante, offerente ac communicante, ipse tenor missæ & veteris Ecclesiæ praxis evincunt. Omnes enim orationes, atque ipsa canonis verba in plurali numero, tamquam plurium nomine proferuntur. Hinc Sacerdos populum invitat ad orationem, dicens, *Oremus*: & quum eumdem salutat, ait, *Dominus vobiscum*. Tum moniti fideles, ut corda erigant ad Deum, respondent: *Habemus ad Dominum*. Hinc etiam in Canone collectæ plebis nomine semper orat, ut quum dicit, *Supplices rogamus, & petimus: Hanc oblationem cunctæ familiæ tuæ offerimus præclaræ majestati tuæ: ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui corpus & sanguinem sumpserimus: Nobis quoque peccatoribus*; & alia hujusmodi multa. Ex quibus liquet, nihil aliud esse missam, quam sacerdotis, & totius cætus actionem; cui plures circumstetisse indicant illa verba: *& omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio*, quæ alio detorqueri non possunt. Ad communionem vero adstantium ea spectant, quibus Sacerdos Deum precatur, fieri corpus, & sanguinem Domini omnibus sumentibus in vitam æternam. Et post communionem ait: *Quod ore sumpsimus, pura mente capiamus: satiasti familiam tuam muneribus sacris*: suntque fere omnes ejusdem tenoris orationes, quæ peracta communione recitantur; quia nimirum illi dumtaxat intererant missæ, qui possent offerre & de Sacramento participare. " Hæc demonstrat e Cypriano, Leone pontifice *Romano*, canonibus *apostolicis* & Concilio *Antiochene*. Quibus addit testimonia Micrologi Adonis Cameracensis, & Stephani Eduensis, de eadem primitivæ Ecclesiæ praxi, quam diversam esse fatentur a temporum suorum praxi, quando missæ solitariæ a monachis inventæ sunt. Immo vero subjungit, missas solitarias a di-

 versis

plures Missæ non uno in loco, non uno eodemque tempore celebrentur? Num ideo veræ Missæ non habendæ? Finge animo, in nostris modo Ecclesiis, in quibus plura sunt Altaria, plures Sacerdotes uno eodemque temporis momento singulos in singulis Altaribus (res non caret exemplo (e));

versis conciliis, & canonibus interdictas fuisse, ubi obtinere cœperint. Inter quos supra memoratum canonem concilii *Nannetensis* & Concilium *Moguntinum* sub *Leone* tertio c. XLIII, & capitulare regum *Franciæ* collectum a Benedicto Levita, lib. V, c. XCIII, & *capitulare* Theodulphi Aurelianensis, c. VII, & *epistolam Synodicam* Ratherii episcopi *Veronensis*, a Dacherio *spicileg.* tom. II. publicatam, & Synodum *Parisiensem* sub *Gregorio* IV, an. DCCLXXIX refert. Cujus ultimo loco adlegatæ Synodi verba notatu admodum digna sunt, utpote ex quibus & origo & fundamenta ac rationes conspiciuntur, quæ hanc corruptionem invexerunt. *Irrepsit*, inquit Synodus, *in plerisque locis, partim incuria, partim avaritia, reprehensibilis usus, & congrua emendatione dignus, eo quod nonnulli presbyterorum sine ministris missarum solemnia frequentent. Unde conveniendus, immo interrogandus nobis videtur hujusmodi corporis ac sanguinis Domini . . . solitarius consecrator, quibus dicit, Dominus vobiscum, & a quo illi respondetur: Et cum spiritu tuo: vel pro quibus supplicando Domino inter cætera, Memento Domine, & Omnium circumstantium, quum nullus circumstet, dicit? Quæ consuetudo quia apostolicæ & Ecclesiasticæ auctoritati refragatur, & tanto mysterio quamdam dehonorationem irrogare videtur, omnibus nobis in commune visum est, ut deinceps hujuscemodi usus inhibeatur, provideatque unusquisque episcoporum, ne in sua parochia quisquam presbyterorum missam solus celebrare præsumat.* Fatetur Bona omnia ista concilia missas solitarias interdicere ex hoc fundamento, quia omnes istas loquutiones, cujusmodi sunt, *Dominus vobiscum*, & *sursum corda* &c. insulsas faciant & absurdas. Addit canones quosdam ex Gratiano sub nominibus Soteris ac Anacleti, pontificum *Romanorum*, quibus statutum est, *Ut nullus presbyterorum missarum solemnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibique respondentibus, ipse tertius habeatur; quia quum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & illud in secretis, Orate pro me, aptissime convenit, ut ipsius respondeatur salutationi.* In quod decretum hanc facit observationem. *Neutra convenire certissimum est, nihil enim magis alienum a praxi & spiritu illius seculi, quam solitariæ Missæ celebratio, nec puto, voluisse sanctos illos pontifices edita lege abusum tollere, qui nonnisi post aliquot sæcula inter monachos irrepsit.* Quis vero post hæc omnia non admiretur & stupescat, si eumdem hunc auctorem in ipso proximi capitis principio hunc in modum audiat loquentem: *Semper viguit in Ecclesia privatæ missæ, uno saltem præsente & ministrante, laudabilis consuetudo, quam hæretici misoliturgi* (ita per iniquam contumeliam vocat protestantes) *aliquando prohibitam fuisse, numquam poterunt demonstrare.* Quod tamen ipse satis abunde in eorum gratiam demonstravit: Jam vero contrario evincere sibi sumit, privatam missam, quocumque sensu accipiatur, numquam non in Ecclesia obtinuisse. „ Sive enim (inquit) dicatur privata a loco, quia in privato aliquo oratorio agitur: sive a tempore, quia non festis, sed privatis diebus fit: sive ab adsistentibus, quia vel unus dumtaxat, vel pauci ei intersunt: sive ex eo, quod solus Sacerdos in ea communicet: sive alia quacumque ex caussa: semper eam licitam semperque in usu fuisse probatissimis veterum patrum testimoniis & exemplis demonstrabo." At vero quando ad demonstrationem venit, ne ullum quidem exemplum hujusmodi privatæ missæ adfert, in qua Sacerdos solus ministrarit, populo non præsente, quæ dicitur Missa solitaria, etiamsi eam approbet,

(e)) ſacrum facere, atque ab eo tantum, qui in Altari majore Sacris operatur, populum Euchariſtiæ participem fieri. In hac facti ſpecie eamdem ferme Concelebrationem haberemus, quæ olim viguit in Eccleſia Occidentali, quæque etiam nunc in Eccleſiis (f) Orientalibus viret. Hæc enim loci mutatio Sacrificii naturam non mutat, nec rem ipſam tollit. Finge etiam, illos Sacerdotes Conſecrationis verba, aliaſque preces non uno eodemque temporis puncto recitare. Neque hæc temporis mutatio tanti eſt, ut non eadem vis ſacrificio inſit. Finge demum non omnes hoſtias in Altari majore, ſed ſingulas in ſingulis Altaribus collocari. Neque diverſa hæc hoſtiarum collocatio Sacrificii integritatem inficit,

bet, nec quidquam dicit, quod faciat pro iſtiuſmodi privata Miſſa, in qua Sacerdos participat, nullis aliis communicantibus, etſi omni populo præſente; ſed urget tantummodo locum quemdam male intellectum Chryſoſtomi, quem jam ante ipſum urſerant Rob. Bellarminus & Jo. Hardingus, vindicavit autem Dan. Chamierus: ubi ait: *Fruſtra eſt quotidianum ſacrificium. Fruſtra adſtamus altari, nemo eſt, qui participet*. Quaſi Chryſoſtomus nec presbyterum, nec diaconum, nec quempiam de populo habuiſſet, qui ſecum communicaſſet, præter ſemel per annum, in magnis Eccleſiis *Antiochiæ* vel *Conſtantinopoli*, quia multi ita negligentes erant, ut frequentius non communicarent; quos ille juſte reprehendit hyperbolico utens dicendi genere, quod non eo interpretandum eſt, quaſi per ſe ipſe ſolus participarit, ſed quod multi magnæ neglectionis rei fuerint, dum alii, uti ipſe Chryſoſtomus adfirmat, magis aſſidui eſſent majorique zelo ferverent. Et tamen de probatiſſimis teſtimoniis eſt, quod poſt omnem demonſtrationis jactantiam adferre Bona poteſt. Quæ res oſtendit, tantum ei negotium faceſſitum in defendenda cauſa, quæ defendi non poteſt, quantum Innocentio tertio, quando in reſpondendo ad objectionem, quæ hoc argumento urgetur: Quo pacto ſacerdos dicere poſſit, *Orate pro me fratres*; videns ſe ſolum adeſſe, nemine circumſtante? dicere cogitur, pie credendum eſſe, quod angeli Dei comites adſiſtant orantibus. Quod reſponſum nodum non ſolvit. Licet enim adſint angeli, non adſunt tamen tamquam communicantes ad manducandum, & bibendum corpus ac ſanguinem Chriſti. Neque Sacerdos judicandus eſt dicere poſſe angelis, *Accipite, edite, hoc corpus meum eſt*; ex mandato Chriſti. Igitur ſine ulla controverſia palam eſt, quod, ſive conſideremus inſtitutionem ipſam, ſive praxim apoſtolorum & Eccleſiæ primitivæ, ſive tenorem omnium veterum liturgiarum, quas lector in Dan. Chamiero collectas reperiet una cum patrum in hanc rem teſtimoniis, ſive ipſum tenorem ipſius *Romanæ* Miſſæ; ſive oppoſitionem huic corruptioni in primo ortu ſuo ſtatim factam; Euchariſtia non deſtinata fuerit, ut Sacrificium a ſolo ſacerdote offerendum in angulo, nullis communicantibus vel præſentibus, vel ex intentione aut ſumtu perſonæ cujuſdam particularis pretium ſolventis; ſed pro communione totius eccleſiæ, quemadmodum eccleſia primitiva ſemper ea uſa eſt; neque ullum exemplum contrariæ praxis reperiri poterit.

(e) In exequiis Philippi Auguſti Francorum regis contigiſſe narrat Rigordus in ejus Vita, & Anonymus in Mabillonii Analectorum tomo 2, pag. 606, nimirum: Miſſam exſequialem celebrarunt ſimul Portuenſis epiſcopus, & Remenſis archiepiſcopus una voce ad duo altaria propinqua, ceteris epiſcopis cum clericis & monachis, quorum aderat innumera multitudo, aſſiſtentibus, & eis reſpondentibus ſicut uni.

(f) Benedict. XIV. De Sacrif. Miſſæ Lib. III, Cap. XVI, §. 1. Apud Græcos in iis Civitatibus, in quibus unum eſt Altare, Sacerdotes, quotcumque ii ſint, circumſtant Epiſcopum conſecrantem, cum eo omnem recitant Miſſam, & ab eo accipiunt Euchariſtiam ſub utraque ſpecie, quam conſuetudinem

ficit, aut minuit. Quod si igitur temporum, locorumque adjuncta non afferunt Sacrificio aliquid, quod ejus vim tollat aut minuat (g), si præter hæc temporum locorumque adjuncta nihil omnino interest inter veterem Concelebrationem, & privatas nostrorum temporum Missas simul una sumptas, Ecquid causæ est, cur nostris privatis Missis tantopere irascaris atque succenseas? At ubi, inquies, nunc in vestris hisce privatis Missis Fideles Eucharistiæ participes? Quorsum ex preces: *Quod ore sumpsimus Domine &c.* a singulis Presbyteris in singulis Missis recitantur, si præter Sacerdotem nemo alius sumit? At hæ preces non solum eos, qui adsunt, atque audiunt, sed eos omnes complectuntur, qui in cunctis ejusdem Diœceseos Ecclesiis eadem die Eucharistiam conficiunt, quique eam participant, non secus ac si etiam modo concelebrarent, ac singulæ Diœceses etiam nunc, ut olim singulas haberent Ecclesias, nec aucto populo plures Ecclesiæ, multiplicibusque fœtibus multiplex etiam mammarum multitudo necessaria visa fuisset.

§. IV. Qui solitariis Missis (h) eo nomine dicam scribunt, quod absonum:

---

dinem Morinus lib. de Ordinar. Ecclesiastic. part. 3, exercit. 8, refert ad tempora Concilii Nicæni.

(g) Vide Concilium Tridentinum *sess.* 22, *can.* 8, & *cap.* 6, *de Sacrific. Missæ*, Benedictum XIV, *in Const. Certiores* 64, *pag.* 129, *tom.* 1 *ejus Bullar. edit. Romæ seu Venet.* 1754. Et sane gravis est insania, atque error Lutheri, aliorumque hæreticorum, qui privatas Missas, atque eas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, abrogandas censuerunt. Nam etiam privata Missa quamquam careat externo illo solemni ritu, qui intimam ejus naturam non attingit, verum est Sacrificium; atque in ea similiter, sicut in Missa solemni, verum Christi corpus, & sanguis consecratur. Atque hæ quoque Missæ, ut recte inquit Synodus Tridentina *loc. cit. vere communes censeri debent, partim quod in iis populus spiritualiter communicet, partim vero quod a publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur.* Perpetuum ea de re Ecclesiæ usum, pluribus collectis ecclesiasticis monumentis, fuse demonstrant Card. Bona *rer. liturgic. lib.* 1, *cap.* 14, §. 1, & *seq.* Ibique *Sala in not. pag.* 276, & *seq. tom.* 1, Natalis Alexander *histor. eccles. sæc.* 13, & 14, *tota differt.* 13, *pag.* 476, & *seq. tom.* 8, & *sæc.* 15, *ac* 16, *dissert.* 12, *art.* 12, *num.* 5, *pag.* 556, *tom.* 9, *edit. Venet. an.* 1776, Drouvenius *de re sacrament. lib.* 5, *quæst.* 9, *per tot.* eamdemque rem agunt, petitis ex liturgiis argumentis, Muratorius *dissert. de liturg. Roman. cap.* 16. *seq*, & Assemanus *in dissert. cod. liturgic. lib.* 6, *part.* 7, *præmiss. sect.* 2, *art.* 1, 2, 3. Videndus est etiam Emanuel Schelestratus *in act. Ecclesiæ orient. contr. Lutheran. cap.* 1, *de Missis privat. in Eccles. Græc. circ. fin.* ubi narrantur conatus Lutheranorum, qui ut Orientales ad suam sententiam perducerent, ad Hieremiam Constantinopolitanum Patriarcham miserunt Augustanam confessionem, in qua privatæ Missæ tolluntur. Sed responsum est, ab Orientalibus, sicut ab Occidentalibus damnari pravum morem illorum, qui improba obtinendæ eleemosynæ cupiditate ad altare accedunt, non autem illos, qui ea, qua decet pietate, & religione privatas Missas celebrant, ut Deo Sacrificium offerant.

(h) Missa privata differt a *solitaria*, quam nimirum solus Sacerdos, ministrante, ac præsente nemine celebrat. Id Missæ genus primum instituerunt Monachi Sæculo IX, deinde etiam sæculares Presbyteri arripuerunt. Verum hanc Missam vetuerunt sacri canones, quod præsertim absurdum esset in

num sit dicere *Dominus vobiscum* ubi nemo unus præsens adest, ii (*i*) & privatis Missis, queis non plures, sed unus tantum interest Minister, diem dicere videntur. Non igitur in hac Sacerdotis voce *Dominus vobiscum*, quæ Fideles, omnes etiam eos, qui præsentiam sui non faciunt, Deo commendat, quærenda est censura Missarum solitariarum; sed in iis Ministri verbis *& cum spiritu tuo*, cum rogantis & respondentis debeat esse distinctio, quæ in Missis privatis facile perspicitur, in solitariis vero ne intelligi quidem potest.

§. V. Nihil amplius dico de Sermonibus, Concionibusque. Hæ per plura sæcula in Liturgiæ partem numeratæ sunt, proindeque ab ipsis Liturgis (*k*) habitæ semper fuerunt. (Vid. sup. qu. V, IX, XII, §. 2.) At postquam inertia, ignavia, desidia, divinarumque rerum inscitia Liturgorum animos occupavit, non amplius conciones in Liturgiæ partem vocatæ, sed extra vagari, ac peregrinos Oratores sibi quærere, mercedulaque adducere coactæ sunt, qui illius Ecclesiæ, Civitatis, ac populi, apud quem verba faciunt, mores, vitamque non norunt, qui quæ vitia dominentur, quæ contagio serpat, quibus remediis opus sit, penitus ignorant, quique satis suo muneri fecisse sibi videntur, partesque suas cumulatissime explevisse, si dictionem suam flosculis, pigmentis, ac fuco illinant, si verborum lenociniis, sententiarum illecebris, gratiarum, ac venerum concentu audientium aures demulceant, deliniant, atque titillent. Ita fit, ut evangelica veritas, quam veteres Ecclesiæ Patres puram, sinceram, simplicem, gravem tanto ubique cum fructu Christianorum animis instillabant, nunc a vanis hisce hominibus, vacuisque capitibus plerumque muliebriter compta, calamistrata, cerussata in Templa, ceu saltatricula in Theatra producatur.

QU. XVII.

---

in ea Sacerdotem dicere *Dominus vobiscum*, *sursum corda*, *gratias agamus*, *Oremus*. Concilium Moguntinum *an.* 813, *can.* 43, *col.* 1015, Parisiense VI, *lib.* 1, *cap.* 48, *col.* 1324, *tom.* 4 *collect. Harduini*, Nannetense apud Ivonem *par.* 3, *cap.* 7, *Can.* 61, *de consecrat. dist.* 1, qui canon Sæculo IX antiquior non est, & ideo male Sotero, aut Anacleto attribuitur.

Vid. Natal. Alexand. Tom. XVI, pag. 562, Tom. XVIII, pag. 770, §. 5.

(i) Selvag. Antiquit. Christian. Institut. Lib. II, Part. II, App. I, §. 10. Ad Missas vero *Solitarias*, quod spectat, rectius sentire videntur, qui eas esse dicunt, in quibus unus Presbyter, nemine ministrante celebrat, atque communicat. Harum porro vestigia per VIII, ac IX, Ecclesiæ Sæculum obtinuisse colligas ex *Act. Ordin. Benedict.* ubi *in Vit.* S. Wenebaldi Abbatis Heidenheimensis, Presbyteri cujusdam mentio occurrit, qui cum summo mane celebrans pergratum odorem sacra mysteria efflare sensisset, *exivit inde ad consortem miraculi inveniendum*, quod incassum fecisset, si ministrans quisquam adfuisset. Rursus eadem Acta Eremitæ cujusdam meminere ab latronibus interfecti, interea dum solus sacris operam dabat. Cæterum subinde inhibitæ fuerunt per Concilia Missæ Solitariæ.

(k) Epistola Cœlestini *in Concil. Ephesino anno* 431, *act.* II, *perlecta apud Harduin*

duin. tom. I concil. p. 1467. Docebat ille, qui miserat; docebat, qui dixerat, quid docerent; docebat, qui in Apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in communi Domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit: hæreditario in hanc sollicitudinem jure constringimur, quicumque per diversa terrarum eorum vice nomen Domini prædicamus; dum illis dicitur: Ite, docete omnes gentes. Advertere debet vestra fraternitas, quia accepimus generale mandatum: omnes etiam id agere voluit, qui illis sic omnibus in commune mandavit officium. Necesse est, ut competenter nostros sequamur auctores. Subeamus omnes eorum labores quibus omnes successimus in honore.



QU. XVII.

Explana nobis sextum, atque ultimum Canonicorum statum.

§. I. Sextus restat, atque ultimus Ecclesiarum status. Neminem ignorare arbitror, Episcopos jam inde usque a Sæculo X Feudali Jurisdictione adauctos fuisse (a). Initio statim Episcopi non alio Senatu instructi erant, quam Canonicorum. Horum consilio, atque opera utebantur non solum in iis, quæ Ecclesiæ regimen, sed in illis etiam, quæ Civitatis gubernationem attingebant (b). Verum postea ab Feudalis

(a) Vid. Murator dell' Antich. Ital. Differt. LXXI, Tom. III, pag. 521, Leibnit. Tom. I, Scriptor rer. Brunsuic in Introduct. n. 25. *Duces & rei militari præerant, & domi supremam jurisdictionem cum jure gladii* (en compendium superioritatis) *per provinciam administrabant. Hoc Episcopi judicibus regiis, h. e. ducibus comitibusque, etiam in suis propriis territoriis olim relinquebant, donec ipsi Episcopi tandem ducatus, comitatusque inter alia regalia accepere, atque ex eo per vicedominos suos jurisdictionem & merum imperium exercuerunt. Et credibile est, exemplum Brunonis, viri ob mores scientiamque laudatissimi, plurimum potuisse, ut nec vererentur dare principes, nec accipere prælati, quod tantus vir habuisset. Quidam longius justo provecti, omnem episcopis, & abbatibus, sub Carolinis regibus, secularem potestatem negant, tanquam primus omnium Otto magnus eam contulerit. Sed Ecclesiæ dudum prædia amplissima allodii jure possidebant, & in illis vasallos habebant, quibus terras in beneficium dederant, aut a quibus dominium directum, reddito utili, acceperant, quod feudum oblatum vocamus. Aliquot enim rusticorum seu colonorum millia aliquando sub sua ditione habebant, quos coercere potuisse mixti imperii jure non dubito*, (nec de eo minus dubitandum, postquam ipsa jurisdictio nobilium patrimonialis, quam in rusticos jure *dominicæ potestatis* olim exercebant, inde unice derivanda est) *sed jurisdictionem in liberos homines* (quæ nunc infima nobilitas) *aut merum imperium in quoscumque habuisse, non apparet, donec ipsi comitatus, ducatusque, aut æquivalentem eis potestatem in sua quisque ditione accepere. Hoc primus forte in occidente Episcopus Romanus obtinuit Pipini*, & Caroli Magni liberalitate. Ducis etiam jus Herbipolensi in Francia orientali antistiti antiquitus fuisse, ait Adamus Bremensis; & Wormatiam ducis potestati exemtam episcopoque attributam, narrat Ditmarus. Brunone autem in Germania cæteris viam aperuisse, notavit chronicon Germanicum Wicwiilagini Magdeburgensis.

(b) Boehm. J. E. P. Lib. III, Tit. X, §. 6. Sunt præterea hodie Canonici *domini territorii*, a Cæsare de regalibus investiuntur, & ita *superioritatem territorialem* exercent, rem sane arduam & magni momenti. Quæ partes capituli in hujus administratione sint, non adeo planum est, siquidem eam exercent, qua *principes*, qua *se-*

lis Imperii clavo dejecti fuerunt Canonici, & ab iis omnibus muneribus, quæ cum civili administratione conjuncta erant, exturbati, institutusque domesticus Episcopi Senatus, isque unus in Civilium rerum consultatione, ac negotiorum gestione adhibitus fuit.

§. II. Licet autem novi hi Consiliarii, atque Ministri ad politicas tantum rationes explicandas, expediendasque acciti initio essent, tamen, quia Episcopo intimiores, proximiores, atque familiariores, ad Ecclesiasticarum etiam rerum gubernacula pedetentim adrepserunt, adeoque processerant, ut jam Capituli potestas ad nihilum recidisse, Canonicorumque dignitates nomina sine re, umbræ sine corpore esse viderentur: hæc res maximos inter Episcopum, & Capitulum motus concivit, turbas edidir, fluctus excitavit. Sed militum, satellitumque vis, qua nova Feudalis Jurisdictio Episcopos armavit, Canonicorum collo, ac cervicibus impendens Capitulum silere jussit, vixque illi id tandem datum, ut in rebus maximi momenti sententiæ suæ, consiliique copiam dicis causa facere Episcopo posse videretur (c).

§. III.

---

seculares domini, non qua *Episcopi*. Capitulum tantum Episcopo conjungitur intime, quatenus ut *Episcopus* agit, h. e. in *causis ecclesiasticis*. Inde justa dubitandi subnasci potuit ratio, an etiam in *regalium*, & *regiminis secularis exercitio*, & inde dependentium jurium, ad capituli consensum adstringatur? Id quidem ut plurimum capitulum adstruere solet. Notum est, Episcopos jam dudum ab imperatoribus de *regalibus* investitos fuisse, quæ *superioritatem* tandem produxerunt. Interim alio olim senatu haud erant instructi Episcopi, quam *consensu cleri cathedralis*; hujus cum consilio omnia, maxime *graviora*, peragebant negotia, & ita etiam in his, quæ *regimen seculare* concernunt, admitti desideravit capitulum, & admissum est. Verum postquam, ut alii *principes imperii* proprio, & politico quidem, senatu secretiori instructi fuere, ad hunc causæ regiminis publici plerumque delatæ, & capitulum exclusum, quod tamen prout supra dixi, per *capitulationes* postmodum sibi prospexit, & ad capituli consensum in his quoque, quatenus capitulationibus determinata sunt Episcopos adstrinxit. In ejusmodi leges fidem suam adstringere debet *Archiepiscopus Coloniensis* *vigore .... de anno* 1590 relata a Thucelio *tom. II Act. publ. seculi XVIII*, *pag.* 566, & ab Antonio Fabro .... *tom. VI*, *pag.* 440, ubi, *art.* 12 cavetur, ne bellum suscipiat absque consilio, & voluntate capituli, ordinis equestris, & civitatum diœcesis Coloniensis; *art.* 15, ne confœderationem ineat absque scitu & voluntate capituli & ordinis equestris civitatumque; *art.* 23, ut capitulo integrum sit, ordinem equestrem, & civitates patriæ in causis ecclesiasticis vel secularibus gravioribus, totam diœcesim concernentibus, convocare; *art.* 24, ut diætas provinciales convocandi jus non exerceat Episcopus absque scitu & voluntate Capituli &c. *Episcopi Lubecenses* similiter *solenni capitulatione* adstinguntur, quam refert Lunich *tom. II spicil. eccles.* p. 471, in qua in plerisque negotiis, *regimen publicum* respicientibus, ad consensum capituli adstringuntur. Capitulationem Osnabrugensis ecclesiæ Idem ...... Archius P. spec contin. I, p. 240, refert. *Naumburgensis Episcopi* capitulatio idem illustrat apud Eundem cit. l. P. II, p. 792.

(c) Boeh. l. c. §. IV. Quamvis in causis gravioribus *consilium* capituli necessarium sit, *consensus* tamen capituli, qui ex majoris

§. III. Hinc inter caput, ac membra factum divortium. Episcopus non amplius nativis suis membris uti, sed adscititiis, alios Vicarios, alios Adjutores, alios Notarios, alios Administros sibi adjungere; Canonici non amplius naturale caput, sed insitivum, non amplius Episcopum, sed Præpositum, aut Decanum sui corporis caput habere, ita ut Episcopus, & Capitulum non amplius unum corpus, sed duo corpora jam esse videantur. Quinimmo inter Episcopum & Capitulum tantum factum est dissidium, tantaque inde discordiarum, dissensiorumque seges orta, ut necesse fuerit Capitulo immunitates dari (*d*), quæ tanquam murus essent tranquillitatis.

§. IV. Hisce immunitatibus litem intulit Cardinalis Lotharingius in Concilio Tridentino (Pallavic. Hist. Conc. Trid. Lib. 22, cap. 3, n. 6.) clamitans, nullam pestem Ecclesiæ esse capitaliorem, quam hasce immunitates, quæ Canonicos ab Episcopi Jurisdictione subtrahunt, quæ membra ab suo capite distrahunt, atque divellunt. Næ ὕστερον πρότερον. Non enim immunitates divortium Episcopi, & Capituli pepererunt, sed divortium immunitatum attulit necessitatem. Cur non potius Lotharingius diem dixit Episcopis, quod Canonicos sua potestate nudassent, suis juribus spoliassent, suis Magistratibus privassent, alium Senatum instituissent, atque in hunc omnem fere Canonicorum potestatem, jura, & officia transtulissent? Cur non tulit de domestico Episcoporum Consilio tollendo, quod omnem Episcopi, & Capituli consociationem dissociavit, capitis ac membrorum copulationem dissolvit? Cur non rogavit de Capitulis ab Episcopis spoliatis in integrum restituendis, deque eorum juribus integrandis? Tunc enimvero, redintegrata prisca Episcopi & Canonicorum, capitis & membrorum conjunctione, re-

partis suffragiis elicitur, speciatim desideratur in *alienationibus* rerum ecclesiasticarum. Provocant ut plurimum pontifices in suis epistolis ad decretum Leonis, quod Gratianus in c. 52, C. 12, q. 2, refert. *Sine exceptione*, ait, *decernimus, ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiæ*. Subjicitur porro ratio. *Episcopus rebus ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur. Irrita enim Episcoporum venditio & commutatio rei ecclesiasticæ absque conniventia & subscriptione clericorum*. Idem inculcatur in c. 3, C. 10, qu. 2, & c. 1, X, h. t. decerniturque, irritam esse alienationem, quæ fit *absque collaudatione & subscriptione clericorum* seu *discussione sacerdotali*. In c. 7, & 8, X, h. 1. Innocentius III itidem provocat ad decretum Leonis, & inde casum propositum decidit, declaratque, illud minime pertinere ad casum, quo, quæ detinentur a Laicis injuste, ad Ecclesiam revocantur, cum ita consulatur ecclesiæ, sicut pupilli meliorem conditionem suam facere possunt sine tutoris auctoritate, non item deteriorem. Sufficit tamen, si ex postfacto *consensus* capituli accesserit; cum *ratihabitio* ejus consensum inducat, si modo in capitulo causa alienationis maturo examinata est judicio. c. 2, & 3, X, h. t.

(d) De Capitulorum exemptionibus Vid. Van. Espen. J. E. U. Part. III, Tit. XII, cap. IV, §. 52, pag. 226.

reque omni in pristinum locum restituta, jure Lotharingius Capitulorum immunitatibus nigrum theta præfixisset. Verum quandiu Episcopi seorsum a suis Capitulis res suas sibi habent, quamdiu aliorum utuntur consilio, opera ac ministerio, quamdiu Canonicorum spoliis incubant, non est, cur Capitulorum immunitates, ac privilegia tam moleste ferant, tamque fastidiose stomachentur. Neque enim hæ immunitates (præclare Patralius Canonicus Segoviensis in Concilio Tridentino Hispaniensium Capitulorum Legatus) eo spectant, ut caput a membris abjungatur, (id enim Episcoporum opera prius factum) sed solummodo ut effræni Episcoporum impotentiæ, atque in Tyrannidem erumpenti frænum aliquod injiciatur.



QU. XVIII.

Ullam ne jacturam fecit Sacra Psalmodia, divinusque cultus in Sexto Ecclesiarum statu?

§. I. Feudalis Jurisdictio, qua Episcopi aucti fuerunt, multum sane Episcopali penori incrementum attulit, at plurimum rei divinæ detrimentum. Nam Episcopi, qui eo usque una cum suis Canonicis Canonicas horas, divinasque laudes celebraverant, psallentium ordinem duxerant, in divino officio publice persolvendo aliis omnibus præiverant, posthæc se se ab Ecclesia subducere, ab quotidiana psalmodia abesse, statisque horarum Canonicarum precibus deesse veriti non sunt. Itaque totum hoc pensum in Ecclesia nunc absolvunt (a) Canonici absque Episcopo, Episcopique vicem supplet Præpositus vel Decanus, sedesque Episcopalis astat relicta.

§. II. Quæ res Episcopos ab Ecclesiastica Psalmodia abduxit, eadem etiam a Missarum solemniis avocavit, vixque celebrioribus anni diebus Sacrum facturi ad Ecclesiam prodeunt, nec

(a) Præcipuæ Canonicorum partes sunt, altari, ac divino cultui inservire, & divinum officium in templo persolvere, quod, ut inquit Synodus Tridentina, facere per se ipsos debent, non per *substitutos*.

Concil. Trident. *sess.* 24, *cap.* 12, *de reform.* Satis autem non est, quod Canonici choro intersint; sed etiam debent elata voce officium canere. Benedictus XIV in Constit. 103, §. 24, p. 226, t. I ejus Bullar. & Const. *præclara decora* §. 6, in supplem. num. 24, tom. 3, pag. 335.

Cui muneri ut satisfaciant, debent Canonici in suis Ecclesiis immorari; sed tamen iis quoquo anno datur spatium trium mensium, quo abesse possunt ab Ecclesiis suis. Ultra tres Menses abesse nequeunt, nisi qua justa causa eos procul esse cogat, veluti si absint curaturi res Ecclesiæ, aut Episcopi, aut daturi operam in aliquo probato gymnasio Sacræ Theologiæ, sacrisve Canonibus. Ex justis causis absentes præbendæ fructus percipiunt, non item quotidianas distributiones, quæ tantum in choro præsentibus accrescunt.

Cap. 12, *de Cleric. non resid. Cap. ult. de Magistris*, *Concil. Tridentin. sess.* 5, *cap.* 1, *de reform. In cap.* 22, *de praben.* nullum definitum est tempus, quo Canonici abesse possunt ab Ecclesiis suis in aliquo probato gymnasio, ut dent operam sacræ Theologiæ, sacrisve Canonibus; verum in *cap.* 5, *de Magistris* spatium quinque annorum ejus rei gratia conceditur. Illud monendum est, quod cum integri Canonicatus fructus distributionibus constant, vel tertiam earum partem non attingunt, tunc absentes, sive ut addiscant sacram Theologiam, sacrosve Canones, duas tertias consequuntur partes confectas ex fructibus præbendæ, atque ex distributionibus, reliqua vero tertia pars præsentibus accrescit.

Cap. un. de Cleric. non resid. in 6. Excipiuntur tamen illi, *quos infirmitas, seu justa, & rationabilis corporis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaret*, qui

nec pauci numerantur, qui hisce etiam celebrioribus diebus conductorum Episcoporum opera ad id utuntur. Ac ne omne Sacerdotii officium, ac munus defugere videantur, intra domesticos parietes clam populum aliquantillam rebus divinis operam præbent. Illud autem Canonicis dedunt negotii, ut in conventu populi, conspectuque alternis vicibus (*b*) divinam hostiam litent. Verum ad alia pergamus, quæ in sexto Ecclesiarum statu evenere.

§. III. Sub decimi tertii Sæculi tempora contigit, ut, Idololatria ex omnibus Latii finibus extrusa, atque deleta, Christianorum multitudo suam esset adepta maturitatem. Quamobrem Ecclesiastica disciplina Ecclesiasticæ proceritati aptanda fuit. In id igitur res redierat, ut necesse fuerit, extra Missarum solemnia Christianos Eucharistiæ participes fieri (*c*), eosque unius tantum speciei (*d*) contentos esse, nimirum pa-

---

qui absentes etiam quotidianas distributiones accipiunt.

(*b*) Martene de antiq. Eccles. ritib. Lib. I, Cap. III, Art. VIII, §. 3, pag. 120. Nunc vero in insignioribus Ecclesiis omnes Presbyteri Canonici hebdomadatim solemnem, seu uti vocant, majorem Missam celebrant, Episcopus vero in præcipuis tantum solemnitatibus.

(*c*) Celebris multis ab hinc annis exarsit controversia, num scilicet recte administretur Eucharistia ex præconsecratis, an omnino ex sacrificio cum præsentibus communicandum sit. Nam anno 1737, cum Cremæ Episcopatum teneret Cardinalis Calinus, Josephus Guerrerius Cathedralis Ecclesiæ Canonicus contendere cœpit, Fideles in ipsa Missa post Sacerdotem Eucharistiam accipere oportere, improbandam autem esse consuetudinem ex præconsecratis. Ut omnis hæc controversia dirimeretur, a Benedicto XIV *die 13 Novembris, anni* 1742, edita est *Constitutio Certiores 64, tom. I ejus Bullarii pag.* 129, *edit. Rom. seu Venet.* 1754. In ea declarat Pontifex, quod pridem expresserat Synodus Tridentina, optandum quidem esse; *ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus sacrificii fructus uberior perveniret*; statuit tamen, nullam esse necessitatem, qua Sacerdotes Missam celebrantes Sacram Eucharistiam omnibus petentibus infra ipsam actionem ministrare cogantur, neque improbari posse consuetudinem communicandi ex præconsecratis, cum id pro tempore, loco, & personis opportunum judicetur. Nihilotamenminus Michael Maria Nannaronius Dominicanus anno 1770 Neapoli catechismum edidit, quo Guerrerii sententiam defendere conatus est, sed eum refutavit Dominicanus alter Josephus Maria Elephantes, edita Neapoli anno 1774 de hoc argumenti genere peculiari dissertatione. Nannaronius tandem rediit in bonam mentem; sed adhuc adversus consuetudinem distribuendi Fidelibus Eucharistiam præconsecratam anno 1779 Patavii dissertationem *edidit: de incruenti novæ legis sacrificii communione* Carolus M. Traversarius ex Ord. Serv. B. M. V. Hanc Traversarii dissertationem, & Nannaronii catechismum damnavit Sacra Indicis Congregatio. Consule, Franciscum de Berlendis *de oblation. commun.* §. 5, *n.* 8, *pag.* 153, *edit. Ven.* R. Salam *in notis ad Bonam rer. liturgic. lib.* 2, *cap.* 10, §. 2, *not.* 2, *pag.* 430, *& seq. tom.* 3, *indic. edit.* Jo. Laurentium Bertium, *Theolog. disciplin. lib.* 33, *in append. cap.* 21, Joan. Baptistam Gatticum *de orator. domestic.*

(*d*) Antiquitus Christianos, ut plurimum, sub utraque specie Eucharistiam accepisse patet ex Apostolo *I ad Corinth. XI*, 26, *seq.* Justino Martyre *loc. cit.* Cypriano *epist.* 57, *pag.* 253, *ed. Amstelædami*, Cy-

panis, ejusdemque Azymi (e) utpote magis idonei, qui aucti populi gratia in plurimas tenuissimas, subtilissimasque particulas posset rotundari. Neque hi ritus tum primum in Ecclesiarum mores inducti, sed qui antea ab Apostolicis usque temporibus nonnunquam adhibebantur.

Cyrillo *catech.* 523, *numer.* 21, & 22, *pag.* 332, *edit. Parif.* 1720, Chrysostomo *hom.* 82 *in Matth. pag.* 788, *tom.* 7, *edit. Montfauconii Parif.* Leon. M. *sermone* 41, *cap.* 5, *pag.* 111, *Opp. tom.* I, *edit. Romæ* 1753, Zenone *lib.* 2, *tract.* 38, *pag.* 251, & *tract.* 53, *pag.* 280, *tom.* 1, *edit. August. Vindelic.* 1758, aliisque compluribus. Ut plurimum, inquam; nam sæpe sub una tantum specie Eucharistiam datam constat, unde intelligitur id semper Ecclesiam ratum habuisse, quod nullum sit præceptum, quo laici, & clerici sacrificium non conficientes Eucharistiam sub utraque specie accipere compellantur. Revera ad ægrotos in lecto decumbentes sub una tantum specie Eucharistia plerumque deferebatur, atque ita eam Serapionem, & Ambrosium accepisse tradunt Dionysius Alexandrinus apud Eusebium *histor. eccles. lib.* 6, *cap.* 44, *pag.* 318, *edit. Valesii Cantabrig.* 1720, & Paulinus *in vit. Ambros. n.* 47, *Opp. Ambros. tom.* 4, *col.* XHI, *edit. Venet. indic.* Similiter pueris infantibus, ut plurimum sub una specie dabatur sacramentum, & Fideles, qui, ethnicis dominantibus, Eucharistiam domi servabant, solum accipiebant panem, quem unum memorant Patres, ac nominatim Tertullianus *lib.* 2, *cap.* 5, *ad uxor. pag.* 169, *edit. Rigaltii Parif.* 1675, non autem vinum, quod facile corrumpitur. Quin etiam in publicis conventibus diu fideles sub una panis specie Eucharistiam suscepisse die Parasceves ex Ordine Romano manifestum est. Fuse, ac diligenter ea de re contra Protestantes disserit Bossuetus duobus libellis, quorum alteri titulus est *de communione sub utraque specie*, alteri *defensa traditio de communione sub una specie*. Vid. etiam Selvag. *antiquit. Christian. lib.* 3, *cap.* 9, Drouvenium *de sacrament. lib.* 4, *quæst.* 8, *cap.* 2, & Juveninium *de sacrament. dissert.* 4, *quæst.* 9, *art.* 2. In primis autem consulendus est doctissimus Cardinalis Garampius, qui in egregio Opere, cui titulus *Memorie della B. Chiara di Rimini dissert.* 5, *p.* 177, & *seq.* tum de quotidianæ communionis, tum de Eucharistiæ sub utraque specie accipiendæ usu copiose, & præclare disputat.

(e) De usu azymi, atque fermentati magna est inter eruditos disputatio, cum certo statui non posse videatur, num Latini semper azymo, Græci autem fermentato pane semper usi sint. Antiquiores Theologi Scholastici putarunt, Latinam Ecclesiam ab initio azymum panem adhibuisse usque ad hæresim Ebionitarum, quæ anno Ch. 74 erupit, sed cum ipsi Ebionitæ antiqua legalia simul cum Evangelio servanda esse contenderent, Ecclesiam ne hæreticos imitari videretur, rejectis azymis, fermentum instituisse, ea vero extincta hæresi, ad azymum rediisse. Ita nimirum sentiunt Joannes Scotius *in* 4, *dist.* 11, *quæst.* 5, Alexander Alensis *quæst.* 32, *membr.* 3, *ad ult.* & *par.* 4, *de sacram. Euchar. quæst.* 10, *membr.* 4, *art.* 1, §. 3, S. Bonaventura *in* 4, *dist.* 11, *art.* 2, *quæst.* 1, S. Thomas *ibid. quæst.* 2, *art.* 2. Verum hæc opinio nullum habet idoneum fundamentum, quo niti posse videatur, neque ejus rei verbum unum est apud antiquos Scriptores, qui per decem priora sæcula res Ecclesiæ scriptis illustrarunt. Nechites Archiepiscopus Nicomediæ apud Anselmum Hwelbergensem *Dial. lib.* 3, *c.* 13, *Spicilegii Dacherii tom.* 1, *pag.* 200, *edit. Paris* 1723, tradit, Melchiadem, ac Siricium Pontifices fermentum apud Latinos instituisse; verum hæc sententia educta est ex libro Pontificali Damasi Pontificis, cujus, ut omnes norunt, suspecta fides est. Ex recentioribus tres potissimum ea de re doctorum hominum sententiæ circumferuntur, nimirum Jacobi Sirmondi, Joannis Mabillonii, Joannis Bonæ Cardinalis. Contendit Sirmondus *in disquisit. de azymo*, Latinos

tur, postea res ipsa Christiana valde admodum aucta admonuit, ut numquam non adhiberentur. Contra vero in Orientalibus Regionibus, in quibus, Idololatria nondum exterminata, Mahumetica superstitio illorum populorum mentes oppleverat, nunquam Christianorum numerus adeo excrevit, ut necesse fuerit hasce opportunitates ad omnes illas Ecclesias propagari. Itaque Orientales adhuc Concelebrationis ritum servant, (Vid. sup. qu. X, §. 4, N. n.) adhuc sub utraque specie Eucharistiam Laicis participant, communicantque (*f*), atque, si Alme-

---

tinos ab initio fermentum consecrasse usque ad Sæculum IX, deinceps vera medio illo tempore, quod excucurrit inter Photianum schisma, & Michaelem Cerularium, hoc est inter annum circiter 867, & 1054, azymum adhibere cœpisse. Contra vero Mabillonius *præfat. I ad sæc. III Benedictin. num.* 64, *pag.* 28, *edit. Venet.* 1734, & *differt. de azymo & fermentat.* perpetuum in Ecclesia Latina azymorum usum ab ipsa Apostolorum ætate fuisse arbitratur. Quæ eadem sententia est Joannis Cabassutii *in notit. Eccles. sæc.* 2, *differt.* 12, Christiani Lupi *schol. in canon. concil. differt. de actis Leonis IX, cap.* 5, & *seq. Opp. tom.* 4, *pag.* 312, *seq. edit. Venet.* Etmundi Martenii *de antiq. eccles. rit. lib.* 1, *cap.* 3, *art.* 7, §. 5, & *seq. pag.* 114, *tom.* 1, *edit. Antuerp. seu Venet.* 1763, Antonii Sandinii *differt.* 11 *de perpetuo azymor. usu in Eccles. Latin.* & Joannis Ciampini *de azym.*, & *fermentat. conjectur.* qui tamen a Mabillonio dissentit, quod Apostolis indiscriminatim utriusque panis usum tribuere videtur. Sed Joannes Bona *rer. liturg. lib.* 1, *cap.* 23, *per tot. pag.* 150, & *seq. tom.* 2, *edit. Taurin.* 1749, quasi mediam sequitur viam inter has duas Sirmondi, & Mabillonii opiniones. Nimirum late demonstrat Latinos per novem, aut octo saltem Ecclesiæ sæcula nullum posuisse discrimen inter azymum, atque fermentatum, sed modo unum, modo alterum panem sine delectu consecrare solitos fuisse. Sententia hæc cæteris probabilior esse videtur, eaque firmissimis nititur argumentis, quæ late ab ipso Bona *loc. cit.* exponuntur. Eam vero, præter cæteros, sequuntur Gravesonius *Histor. Eccl. tom.* 3, *edit. Rom. colloqu.* 3, *in fin.* Tournelius *Prælect. Theolog. tom.* 8, *in* 4, *de Sacram. Euchar. qu.* 4, *art.* 5, *concl.* 3, Juveninius *de Sacram. differt.* 4, *quæst.* 2, *cap.* 1, *art.* 4, §. 5, Drouvenius *de re Sacrament. lib.* 4, *quæst.* 2, *cap.* 1, §. 3. Armenii, & Maronitæ Latinorum more azymum consecrant; sed a cæteris Orientalibus fermentum adhibetur. Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus duabus litteris, quarum alteram dedit ad Joannem Tranensem in Apulia Episcopum, alteram ad Petrum Patriarcham Antiochenum, Latinos increpare ausus est, quod azymo uterentur, & nullam esse eorum consecrationem demonstrare conatus est. Sed insanum, atque impium hominem refutarunt Leo IX præclara Epistola, & Cardinalis Humbertus Silvæ Candidæ Episcopus egregio Dialogo, quæ, quique extat tom. 17 Annalium Baronii pag. 92, & seq. edit. Lucæ.

(f) Vid. Concil. Florent. Leon. X in Constit. quæ incipit: *Accepimus*, & Clement. VII *in constit. Provisionis nostræ* apud Guerram *Pontificiar. Constit. epitom. tom.* 2, *pag.* 506. Confer Leonem Allatium *adnot.* 1, *de Eccles. Occident. atque Orient. consens.* & Arcudium *concord. Occident.* & *Orient. lib.* 3, *cap.* 4. Italo-Græcis hæc consuetudo integra relinquitur a Benedicto XIV *in constit. Etsi pastoralis* 57, §. 6, *pag.* 106, *num.* 15, *tom.* 1, & *Constit. Allatæ sunt* 47, §. 25, *tom.* 4 *ejus Bullarii pag.* 183, *ed. Romæ*, *seu Venet.* 1758.

menios, & Maronitas exceperis fermentato pane utuntur (h).
(g), inter consecrandum adhuc



QU. XIX.

(g) Commentarium in Liturgiam Divi Jacobi, quod tribuitur Joanni Maroni, cap. 16 hæc habet. *Ad illud autem, quod petitis, an conveniens sit offerre de pane fermentato, an Azymo, respondemus: de hoc nos non habere preceptum Dominicum, vel Apostolicum, quod hoc jubeat, & illud vetet. Quapropter hi in hoc, & illi in illo conficiunt juxta morem decentum. Attamen qui in fermentato offerunt, arguunt nos simul cum Armenis.*

(h) Vid. Concil. Florent. in Decret. Eugenii IV, col. 986, Tom. IX Collect. Harduin.

QU. XIX.

Quibus nunc fruuntur juribus Canonici, Sede Episcopali plena?

§. I. Quemadmodum navis ad scopulos allisa nunquam ita mergitur, ut non aliquæ saltem tabulæ, disjectæque reliquiæ ad littus ejiciantur; ita Canonicorum jura non ita procellarum fluctibus obruta interierunt, ut non eorum aliqua ex naufragio enataverint. Juverit igitur hæc frusta, atque fragmenta colligere, eaque uno in conspectu ponere.

§. II. Cum olim Episcopi in rebus omnibus suorum Presbyterorum sententiam rogare, & sequi tenerentur, (vid. sup. qu. VII, §. 3.) hodie ne videantur a prisca disciplina penitus discessisse, atque veteribus Canonibus prorsus valedixisse, quædam est excogitata distinctio inter *Consilium*, & *Consensum*, quæ ea tueri possit, quæ nunc Episcopi agunt, quibusque Canonici minime assentiuntur. Non ædepol recte, mea quidem sententia. Nam si priscos Canones consulimus, *Consilium*, & *Consensum* eamdem ferme significationem habuisse deprehendimus, immo major vis *Consilio* inerat, quam *Consensui*, eo quod qui *Consensum* præbebant, nudum suffragium ferebant, qui vero *Consilium*, ii suffragium suum rationum momentis, ponderibusque muniebant, atque firmabant. Hinc plebis suffragatio dicta fuit *Consensus*, Cleri vero sententia *Consilii* nomine donata. *Ad id vero* (sunt verba S. Cypriani Ep. XIV.) *quod scripserunt mihi Compresbyteri nostri Donatus & Fortunatus Novatus & Gordius, solus rescribere nihil potui, quando a primordio Episcopatus mei statuerim nihil sine Consilio vestro, & sine Consensu plebis mea sententia gerere*. Verum recentiores Canonistæ *Consilium* & *Consensum* aliter sunt interpretati, interpretationemque suam in Justinianea lege §. 6 *Instit. Mand.* venati sunt. Nam cum Justinianus cuidam petenti, an qui *Consilium* dedit, mandati actione teneretur, rescripserit, *Consilium* nullam obligationem parere, hoc responsum sumpsere ad concludendum, *Consilium non esse obligatorium*, proindeque Episcopos Canonicorum *Consilium* sequi minime teneri; nec cogitarunt, quanti intersit, inter illum, qui privatim consilii sui copiam facere rogatur, & inter illum, qui publici Consilii particeps sententiam suam ab legibus dicere jubetur.

§. III. Ex hac interim Canonistarum regula illud sequutum est, Episcopos hodie de Canonicorum consilio non admodum sollicitos esse, nec de eorum sententia magnopere laborare, ac in iis tantum Canonicorum Suffragia eblandiri, quæ Canones.

nones irrita esse jubent (a), nisi Canonicorum Consensus accesserit. Atque hæc tandem est summa summarum omnium eorum jurium, quibus nunc fruuntur Canonici Sede Episcopali plena.

QU. XX.

(a) Ex iis, quæ Episcopus non advocato Capitulo agere nequit, præcipua sunt, Synodum Diœcesanam celebrare, in eaque Judices, & Examinatores creare, tum & Constitutiones edere: Trident. *Sess. XXIV, de Ref. cap.* 18, *& sess. XXV, cap.* 10: Bona Ecclesiæ alienare: *cap. I*, 8, 9 *de His, quæ fiunt a Prælatis sine cons. capit.* Ecclesias, vel beneficia unire: *Clem. ult. de Rebus Eccl. non alienandis*: Causas omnes, quæ ad jura Capituli pertineant, terminare: *ibid. cap. fin.* Reliqua vide apud Fagnanum in *cap.* Quum ex injuncto *de Novi Operis nunciatione*. Cæterum attendendæ sunt locorum consuetudines.

Tridentini Patres sanxerunt, sine præsentia Canonicorum, aut Clericorum non fieri Ordinationes, sess. 23, de ref. cap. 8, sine illorum consilio indulgentias non publicari sess. 21, de ref. cap. 9, non institui Seminaria, eorumdemve jura firmari sess. 23, de ref. cap. 18, non designari, quo quisque ex Canonicis ordine insignitus esse debeat, sess. 24, de ref. cap. 12, & pias voluntates non commutari, sess. 25, de ref. cap. 18.



QU. XX.

Quænam sunt ea jura, quibus præditi sunt Canonici Episcopali Sede vacua?

§. I. SI angustioribus, brevioribusque cancellis circumdata sunt ea jura, quibus fruuntur Canonici, cum Episcopalis Sedes plena est, latissimæ e contra, amplissimæque sunt eæ regiones, ac fines, quibus Canonicorum potestas terminatur, ubi Episcopi Sedes vacua facta fuit. Nam tum Episcopi Jurisdictio, quam possidet uti Diœcesanus, quanta quanta est, Canonicorum Collegio obvenit. Sunt, qui id fieri putant *ex jure non decrescendi* (a), eo quod Episcopus & Canonici sint unum, idemque Corpus, ac simul una solidam individuamque Diœceseos curam gerere teneantur. Ego vero rem hanc altius repetendam censeo; ajoque, Canonicorum Capitulum, cum Ecclesia Episcopo caret, ad primum suum statum redire, (Vid. sup. qu. III.) eamque potestatem reviviscere

---

(a) Cardinal. de Luca Annot. ad Concil. Trid. Disc. XXXI, Tom. 14, pag. 388, §. 1. Cum Sede Episcopali vacante de Jure Episcopalis jurisdictio, atque Ecclesiæ administratio devolvatur ad Capitulum: Non quidem ex aliquo privilegio, vel speciali delegatione, sed ex ratione juris non decrescendi, eo quia Ecclesia Cathedralis efformatur conjunctim ab Episcopo, & Capitulo, ab illo scilicet tanquam capite, ab isto autem tanquam reliquo corpore, Ecclesiastica jurisdictione penes totum corpus habitualiter residente, exercitio autem in plerisque competenti capiti.

In aliquibus tamen actibus, eidem Episcopo cum reliquo corpore, hoc exercitium competit, pro Ecclesiarum diversa consuetudine, ut præsertim contingit in provisione Canonicatuum, aliorumque beneficiorum ejusdem Ecclesiæ, quod de jure est ad Episcopi, & Capituli simultaneam, & coæqualem potestatem: in praxi autem diversum est exercitium: quod alicubi hæc juris dispositio viget: alicubi vero exercitium totum est penes Episcopum privative ad Capitulum, & alicubi e converso penes Capitulum privative ad Episcopum, sive isto unius Capitularis figuram agente.

Et consequenter, defecto capite, jure consolidationis, vel ex jure non decrescendi universa jurisdictio, seu totum jus cathedraticum, tam in habitu, quam in exercitio, remanet penes Capitulum, tanquam reliquum corpus politicum, seu intellectuale, quod in hoc differt a corpore naturali, seu materiali, ut etiam sine capite vivat, omnesque faciat operationes; quod in corpore naturali non datur.

Quinimmo (quod magis est) ubi etiam omnia membra putrescant, seu pro defectis, ac putridis habenda sint, etiam aliqua modica membra valida, quamvis essent duo, immo etiam unum, apta sunt operari, totumque corpus repræsentare, quia nempe, vacatis de facto pro majori parte canonicatibus, vel existentibus de jure Canonicis impeditis, seu habitis pro non extantibus, puta per censuras, vel alia impedimenta, tunc totum

vivifcere, qua pollebat Presbyterium, antequam finguli Epifcopi fingulis Ecclefiis præficerentur, tum cum Ecclefiarum facra in Presbyterorum cura latebant, ac fide. (Vid. fup. Lib. IV, Part. III, qu. I.) Ecclefia igitur Epifcopo orbata Capituli Fidem non folum tanquam legitimi tutoris, fed etiam tanquam prioris Domini implorat, Epifcopalifque jurifdictio ad Canonicos antiqui Presbyterii hæredes non tam venit, quam redit. (Vid. fup. Lib. IV, qu. I, N. c.)

§. II. Defuncto igitur Epifcopo, Cathedralis Ecclefiæ Canonici totius Diœcefeos habenas capiunt, eorumque eft, ea omnia, quæ opus funt, videre, atque adminiftrare, Chriftianæ rei incommodis mederi, rationibus confulere, faluti profpicere, ac providere. (Vid. ea quæ fuperius diximus Lib. IV, Part. III, qu. I, N. d.) Sed quia, uti experientia conftat, fegnius expediunt commiffa negotia plures, ideo optimum vifum eft Concilio Tridentino *Seff.* 24, *c.* 16, *de Ref.* cavere, ut & Œconomus ab Capitulo deligatur, qui Epifcopalis Ærarii cuftos, ac confervator foret, & Vicarius, qui Sacrorum Præfes, ac vindex effet (*b*). Utrum autem penes Canonicos arbitrium fit, Ju-

---

totum Capitulum confolidatur in non impeditis, etiam in paucis, quinimmo etiam in uno non impedito: Quoties tamen impedimentum refpiciat perfonas, atque inficiat fingulos, non autem ubi inficiat ipfum corpus politicum, feu intellectuale, quamvis aliqui capitulares fingulari jure eximantur a cenfuris, aliifque impedimentis, ut latius in rerum beneficialium adnotationibus advertitur.

(b) Berard. J. Eccl. U. Part. II, Diff. V, Cap. II, pag. 163. Itaque iis demtis, quæ ad poteftatem Epifcopalis Ordinis fpectant, univerfa jurifdictio a Capitulo exercebitur, can. 7, cap. 7, qu. 1, quod cum ex jure communi proficifcatur, regulam conficimus, ut omnia Capitulo liceant, nifi quædam proponantur fingulari jure refervata, cap. un. de major. & obed. in 6. Hinc poterit Capitulum, nifi ad alium id fingulari jure pertineat, redditus vacantis Ecclefiæ percipere fucceffori deinde Epifcopo concedendos can. 2, dift. 75, Concilio Tridentino feff. 24, cap. 16, de ref. confirmare electiones, quas vivens Epifcopus confirmaret, cap. 14, de majorit. & obed. abfolvere ab excommunicatione Epifcopo refervata, cap. un. eod. tit. in 6, Epifcopis extraneis concedere, ut in diœcefi vacante Pontificalia, & ordinis poteftatem exerceant, confentire, ut beneficia, vel Ecclefiæ erigantur, refervato erigentibus jurepatronatus, judicare in caufis Hæreticorum, in quibus judicare Epifcopi poffunt, Cap. 9, de Hæret. clement. 1, verf. Propter eod. tit. eademque ratione de emergentibus cauffis etiam matrimonialibus judicare, cap. 7, de eo, qui duxit &c. Vifitare diœcefim, Synodum celebrare, atque in ea examinatores Synodales inftar Epifcoporum eligere, ut paucis dicam, ea omnia facere quæ jure communi, & ordinario jurifdictioni Epifcoporum adhærent.

Sunt autem receptæ plures generalis regulæ exceptiones. Non hic loquar de collatione beneficiorum, de hac enim fufe in tractatione de beneficiis ecclefiafticis differam. Prima exceptio eft, non poffe Capitulum infra annum dimifforias litteras ordinandis clericis concedere, nifi de iis agatur, qui caufa vel recepti, vel recipiendi beneficii arctati dicuntur, ex Concilio Tridentino feff. 7, cap. 10, juncto cap. 10, feff. 23, de reform. quibus capitibus abrogata eft vetus jurifprudentia, quæ temporibus adhuc Bonifacii VIII vigebat juxta capitulum 3, de tempor. ordinat. in 6. Altera exceptio eft in iis, quæ fi a Capitulo fierent, via aperiretur, ut jura Epifcopalia, aut Cathedralis Ecclefiæ paterentur detrimentum,

Jurisdictionem Vicarii Capitularis, arctioribus claustris coercere, ipsumque Vicarium, cum collibitum fuerit, loco movere, fuerunt, qui quaerere.

tum, vel imminutionem. Quemadmodum enim vetustis jam canonibus cautum scimus, ut mortuo Episcopo rerum Episcopalium inventarium a clericis fiat, nequid ex illis quandoque depereat, aut nequid a clericis ejusdem in proprios usus convertatur, canon. 45, can. 12, qu. 2, cap. 9, de offic. ord. in 6, ita cavendum semper fuit, ne sede vacante Ecclesiae status quoquo modo immutetur, cap. 2, ne sede vacante, juncto cap. ult. de Regul. in 6, unde emersit adagium, ne praescriptionem quidem, Sede vacante currere, seu tempora Sedis vacantis inter tempora, quibus praescriptio conficitur, non computari, quasi Ecclesia tunc careat defensore, cap. 1, & ult. ne sede vacante, cap. 1, 4, & 15, de praescrip. Istas exceptiones Sacri canones invexerunt ob varios clericorum abusus, qui liberius, quam par esset, de Episcopalibus juribus ad se Sede vacante devolutis disponebant; unde identidem cavendum fuit, ut inter caetera, Episcoporum bona commendarentur fidei, ac tutelae Religiosorum Principum, quorum praesidio sarta tectaque custodirentur. Hinc Capitulo nulla permittitur alienatio, etiamsi ageretur de rebus, & Episcopo, & Capitulo communibus, dicto cap. 1, & ult. ne sede vacante, item non permittendum Capitulo, ut auctoritatem interponat donationi jurispatronatus de laico in laicum transferendi; praeterea non permittendum, ut beneficia supprimat, ne in specie quidem capitis 15, sessionis 24 Tridentinae de ref. neque ut beneficia uniat, quibus in casibus potestati Episcopali quidquam detraheretur, uti nostri passim tradunt ad Clementinam 1, de statu Monach. Simili ratione receptum est, ut Capitulum excipere nequeat liberas beneficiorum resignationes, nisi duobus in casibus, primo nimirum, cum causa subsit necessaria, secundo cum de eo beneficio agatur, cujus collatio ad Capitulum simul, & ad Episcopum pertinet. Patet ex his, quid sentiendum de vulgari Pragmaticorum doctrina, qui in hac re cum observarent modo in jure certa negotia gerenda committi Capitulo, modo denegari, ut certam regulam conficerent, distinxerunt duplicem jurisdictionis Episcopalis speciem, unam voluntariam, necessariam alteram appellantes, ac deinde necessariam jurisdictionem Capitulis adserentes, voluntariam denegantes. Distinctio ista, & distinctioni accommodata traditio nullibi in Ecclesiasticis canonibus demonstratur, immo & variis ambagibus plurima involvit, cum difficile admodum sit indicare, quae ad voluntariam, quaeque ad necessariam pertinent jurisdictionem. Adde, ab eisdem Pragmaticis multa concedi Capitulis, quae sane nonnisi voluntariae jurisdictionis esse possunt, veluti facultas Praedicatoribus evangelicis permittendi, ut in dioecesi populum doceant etiam in adjutorium Parochorum, facultas eligendi Sacerdotes ad excipiendes fidelium confessiones, & alia his similia bene multa; item multa denegari Capitulis, quae necessaria videntur; unde simplicior erit regula superius stabilita, qua concludatur, jurisdictionem Episcopalem universam devolvi in Capitulum vacante sede, iis tantum negotiis exceptis, quae expresse denegata in jure deprehenduntur.

Pluribus obnoxia est difficultatibus vulgaris nostrorum disputatio, num Capitulum ea genere possit, quae Episcopis gerenda commissa fuerunt in Tridentino Concilio, ubi modo extra ordinem certa jurisdictio Episcopis data est, modo quae eisdem olim inerat, & recentioribus saeculis sublata, fuit restituta, modo eisdem Pontificia delegatio accessit. Non in omnibus omnino casibus eadem accommodari definitio potest. In primis dico, quoties in Concilio Tridentino certa datur generaliter Episcopo facultas, quasi ipsa non personae, sed dignitati, & officio commissa videatur, eam in Capitulum Sede vacante transire, cum totum transeat una cum officio Episcopali quidquid eidem officio cohaeret. Id contingit ex. gr. in potestate convocandae Synodi, & con-

rerent, atque adhuc fortasse essent, nisi quærendi occasionem aliquando fustu-

---

constituendorum Examinatorum, aut Judicum Synodalium, in facultate indicendi concursus in Parochialibus Ecclesiis, in potestate dispensandi a denunciationibus matrimoniorum, in concessionibus monitoriorum, item in illis dispensationibus indulgendis, de quibus mentio fit in cap. 6, sess. 24, de ref. Deinde dico, quoties in Tridentino Concilio singulari jure restitutum est Episcopo, quod antea ob reservationes, aut consuetudines sublatum Episcopo fuerat, adjecta ex. gr. clausula *non obstantibus reservationibus*, *sublata reservatione*, aut simili, tunc Capitulum eandem potestatem explicaturum. Etenim sublata reservatione, aut abolita consuetudine res reducitur ad formam juris veteris, quo attento sicut penes Episcopum jurisdictio erat, ita ad Capitulum Sede vacante transibat. Id occurrit in specie capitis 2, in fine sess. 5, de reform. ubi facultas fit Episcopis, & Ordinariis locorum, opportunis remediis arcendi quæstores Tridentino decreto inobedientes *privilegiis quibuscumque non obstantibus*: insuper in specie capitis 5, sess. 7, de ref. ubi Episcopis mandatum est, ut inquirerent in possessores plurium beneficiorum curatorum, aut alias incompatibilium, & certis modis providerent, ne beneficia ipsa debitis obsequiis defraudarentur, *appellationibus, privilegiis, exemptionibus quibuscumque nemini suffragantibus*, & in specie capitis 7, eadem sess. 7, ubi, simili clausula adjecta, mandatur Episcopis, ut singulis annis visitent beneficia ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, vel Monasteriis unita fuerint perpetuo, & adnexa, curentque, ut in iis per idoneos Vicarios animarum cura exerceatur. Atque hæc ipsa regula etiam recipienda est in specie Clementinæ unicæ de testamentis, ubi Episcopis jurisdictio datur in religiosos etiam exemtos ad executionem ultimarum voluntatum deputatos circa ipsius executionis officium, *quocumque non obstante privilegio*, & in specie Clementinæ, de sepultur. ubi certa jurisdictio Episcopo tribuitur in eos, qui contra censuras quemquam sepelire præsumerent, *nullo exemptionis, vel quovis alio privilegio aliqualiter suffragante*. Tertio dico, quoties in Tridentino Concilio aliquid concessum Episcopis fuit adjecta particula, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, cujus vi Episcopi, & ordinaria simul, & delegata Pontificia potestate agere possunt, eam potestatem Capitulo Sede vacante competere; etenim accessio delegationis Apostolicæ firmat quidem magis, non tamen immutat qualitatem ordinariæ jurisdictionis, argumento cap. 12, de officio judicis ordinar. & cap. 4, de rescriptis in 6. Id contingit in specie capitis 4, sess. 6, de ref. ubi Episcopis, *etiam auctoritate Apostolica* jus visitandi Capitula Cathedralium conceditur, nullis obstantibus exemptionibus, aut consuetudinibus, in specie capitis 5, sess. 21, de ref. ubi Episcopis conceditur, *etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatis*, uniones perpetuas certis in casibus facere beneficiorum curatorum; in specie capitis 7 ejusdem sessionis, ubi Episcopis datur potestas, *etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis*, transferendi certis in casibus beneficia de una ad alteram Ecclesiam, in specie capitis 8, ejusdem sessionis, ubi sermo fit de visitatione Episcoporum, qui ad eam causam dicuntur, *etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati*; in specie designandarum quarundam portionum in quotidianas distributiones convertendarum, juxta caput 3, sess. 22, de ref. visitandorum Hospitalium, locorumque piorum, juxta caput 8 ejusdem sessionis, coercendarum personarum in officio delinquentium, quibus in locis receptum est cap. 10 ejusdem sessionis, & visitationum in diœcesi habendarum, juxta caput 10, sess. 24, de ref. quibus omnibus in capitibus Episcopis *etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis*, certa officia gerenda mandantur. Denique dico, ad Capitulum non transire eam potestatem, quæ tantum ex delegatione Apostolica Episcopo competebat, uti in specie deputationis Vicariorum in iis beneficiis, in qui-

sustulisset Sacra Congregatio, quæ editis Declarationibus Vicarium Capitularem ejusque Jurisdictionem in tuto collocavit.

QU. XXI.

quibus Beneficiarii ex Apostolico indulto non resident juxta caput 2, sess. 6, de ref. in specie corrigendorum exemtorum, juxta caput 3 *ejusdem* sessionis, in specie visitandarum certarum Ecclesiarum, juxta caput 8, sess. 7, de ref. examinandarum unionum juxta caput 6 ejusdem sessionis, & ferendæ sententiæ in causis exemtorum, juxta caput 14 ejusd. sess. in specie corrigendorum exemtorum, juxta caput 4, sess. 14, de ref. sess. 22, in specie visitationum Ecclesiarum in nullius diœcesi sitarum, jurisdictionis exercendæ in certas personas honorariis titulis, & subinde privilegiis insignitas, & cognoscendorum certorum privilegiorum a Sede Apostolica impetratorum, juxta caput 9, 11, & 14, in fine sess. 24, de ref. in specie tuendæ Monialium exemtarum clausuræ, visitandi certis in casibus Regulares exemptos, & regendi Monialium monasteria Sedi Apostolicæ immediate subjecta juxta Cap. 5, 8, & 9, sess. 25, de Regular. ac denique in specie revidendarum, atque examinandarum quarundam unionum beneficiorum, juxta caput 9, ver. *quæ vero* sess. 25, de ref. quibus omnibus in speciebus jurisdictio datur Episcopis præcise *tanquam Sedis Apostolicæ delegatis*. Similis jurisprudentia servanda erit in aliis casibus ante Concilium Tridentinum expressis, ubi eadem formula concepta in Episcopalem potestatem veluti a Sede Apostolica delegatam certa negotia collata fuerunt, ut in specie Capituli 13, ver. *Cæterum*, de officio Judic. ordinar. ubi certa in Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Suffraganeæ Metropolitano potestas adseritur, in specie Capituli 9, in fine de hæreticis, ubi Episcopi in exemptos hæreseos criminis reos procedere valent, in specie Capituli unici, §. ult. de statu Regular. in 6, ubi Episcoporum dignitas designatur ad regenda Monasteria Monialium Apostolicæ Sedi immediate subjecta, in specie Clementinæ unicæ de suppl. neglig. Prælat. ubi Episcopis tribuitur beneficia conferre vi devolutionis, quæ ad Prælatorum exemtorum collationem pertinebant, quum isti intra tempus legitimum non contulerint, in specie Clementinæ 2, de statu Monach. ubi Episcopis commendatur visitatio Monialium, quæ dicuntur Canonicæ Sæculares, ac denique in specie Clementinæ 2, in fine principii de religios. domib. in causa reformandorum piorum quorumdam locorum alias ab Ordinarii jurisdictione exemptorum. Equidem in conspectu harum omnium specierum scio, nonnullos scripsisse, per delegationem Apostolicæ Sedis Episcopis factam, iterum excitatam fuisse ordinariam Episcoporum jurisdictionem, quasi reservatione, exemtione, atque universis singularibus juribus, privilegiisque cessantibus, adeoque vacante Sede, Episcopalem istam potestatem devolvi ad Capitulum. Verum mihi non satis tuta videtur hæc opinio; statim ac enim Romanus Antistes constituit in iis casibus Episcopos tanquam delegatos suos, reservationem potius confirmavisse deprehenditur, quando Episcopus vi susceptæ delegationis non propriam induit personam, sed tantum agit nomine illius, cujus gratia facta olim fuit reservatio.

Generalis hæc Capitulorum jurisdictio olim per Canonicos in communi gerebatur, cap. 3, & 4, de suppl. neglig. Prælat. in 6. Tantum in rebus temporalibus administrandis præficiebatur Œconomus, Can. 2, dist. 75, aut Vicarius quidam præstituebatur, vel a Metropolitano, vel a Pontifice Maximo sub Visitatoris nomine, si Capitulum negligens in administratione fuisset, aut si gravis quædam causa constituendi Visitatoris Apostolici emersisset dicto cap. 3, & 4, de suppl. neglig. Prælat. Hodie vero utimur jure constituto in Concilio Tridentino in cap. 16, sess. 24, de ref Nimirum Capitulum, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Œconomum unum, vel plures fideles, ac diligentes decernere debet, qui rerum Ecclesiasticarum, & proventuum curam gerant, quorum rationes ei, ad quem per-

pertinebit, fint reddituri; ad Capitulum pertinebit, Officialem, feu Vicarium intra octo dies poft mortem Epifcopi conftituere, vel exiftentem confirmare, qui faltem in jure Canonico fit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poffet idoneus, ita ut fi fecus a Capitulo factum fuerit, ad Metropolitanum poteftas hujufmodi devolvatur, aut ad Epifcopum antiquiorem ex Suffraganeis, fi agatur de Metropolitana ipfa Ecclefia, aut ad propinquiorem Epifcopum, fi agatur de Ecclefia exemta. Unus tantum, non plures, a Capitulo Vicarius eft conftituendus, nifi tamen alicubi plurium eligendorum confuetudo viguerit, aut nifi alter eligatur quafi fubrogatus, tum demum fcilicet jurifdictionem adminiftraturus, cum Vicarius electus illam exercere non poffit. Ex quo liquet, non effe in poteftate Capituli, quantam voluerit, conftituto Vicario jurisdictionem mandare, fed ad univerfam mandandam teneri, & quidem perpetuo, id eft, donec Ecclefia vacaverit, ne forte Vicarius a Capitulo pendere videatur, & minus libere agere, quod agendum Ecclefiæ utilitas fuadet. Non eft tamen dubitandum, quin Capitulum alium eligere Vicarium poffit, quoties electus moriatur, aut munere fuo fungi amplius non valeat, aut ita in munere verfetur, ut perperam jurifdictionem adminiftret, tum fcilicet & iis in cafibus, cum & in quibus quilibet ordinarius jurifdictione effet fua ex Canonum cenfura privandus; eademque ratione fi in certa caufa Vicarius tanquam fufpectus a litigantibus allegetur, ad Capitulum fpectabit, feu arbitros ad cognofcendas fufpicionis cauffas conftituere, feu cauffis cognitis novum judicem dare. Hinc deducitur, Vicarium Capitularem tanquam ordinarium habendum effe, licet talis non habeatur Vicarius generalis ab Epifcopo conftitutus; quoniam non ita a voluntate Capituli Vicarii Capitularis officium pendet, uti a voluntate Epifcopi pendet officium Vicarii Epifcopalis. Quamobrem merito profitetur Benedictus XIV in lib. 2 de Synodo Diœcefana cap. 9, num. 3, fe non percipere, quare Dataria Apoftolica difpenfationes, quæ ex mente Tridentini Concilii feff. 22, de reform. cap. 5, extra Curiam committendæ funt Ordinariis locorum, nunquam committere confueverit Vicariis Capitularibus, quamvis eas committere foleat Vicariis generalibus Epifcoporum. Cæterum five Œconomi, ubi a Capitulis conftituuntur, five Vicarii Capitulares, rationes adminiftrationis fuæ reddere teneantur Epifcopo fucceffori, quin illis remiffio a Capitulo facta fuffragetur, dicto Cap. 16 Tridentinæ feffionis 24, adeo ut emolumenta ex jurifdictione, aut figillo provenientia eidem fucceffori Epifcopo cedant, refervato congruo falario favore Vicarii, Can. 45, cau. 12, qu. 2.

Dixi modo, aliquando, & extra ordinem auctoritate Sedis Apoftolicæ Vicarium vacanti Ecclefiæ præfici, qui ideo Apoftolicus nominatur, feu Vifitator, feu difpenfator, cap. ult. de fuppl. negligent. Prælator. in 6, Can. 1, cau. 7, qu. 1, Can. 19, dift. 61, cap. 42, de elect. in 6. Cauffas Vicarii Apoftolici conftituendi enumerat Peregrinus in praxi Vicariorum parte 1, fect. 6, five de eo agatur, qui fede plena, & fufpenfo Epifcopo, five de eo agatur, qui Sede vacante præficitur. Quoties autem is conftituatur, majore jurifdictione pollet, quam Vicarius a Capitulo conftitutus, ille enim libere poteft beneficia ad collationem Epifcopi pertinentia conferre, dicto cap. 4, in fine de fuppl. neglig. Prælat. atque, ut paucis dicam, ea omnia peragere, quæ ex juris communis difciplina præftare poteft Epifcopus electus confirmatus, una demta Ecclefiafticarum rerum alienatione, dicto cap. 42 de elect. in 6. Cæterum in inveftiganda facultate, quæ Vicario Apoftolico competit, plurimum femper juvabit perpendere litteras Apoftolicæ Sedis, quibus conftituitur; modo enim in iis amplior, modo minor poteftas concedi folet, prout adjuncta temporum ferunt, vel locorum, vel caufarum, aliquando etiam perfonarum.



QU. XXI.

Quænam est Archipresbyteri dignitas, & officium?

§. I. HActenus de Canonicis generatim, & universe, nunc sigillatim agendum est; ac primum de Archipresbytero.

Quamdiu singulæ Diœceses singulas habuere Ecclesias, nullus Presbyter extitit, nullus Diaconus, qui in alios Presbyteros, in alios Diaconos imperium haberet; at omnes unius Episcopi imperio tenebantur, nec eæ, quas nunc habemus in Cathedralibus Ecclesiis, Dignitates adhuc erant institutæ. Earum certe non meminit Cornelius in Ep. sua ad Fabium apud Euseb. Lib. VI, cap. 43, in qua locupletissimum omnium Clericorum Romanorum catalogum texit; nec Cyprianus ullam unquam earum injicit mentionem. At postquam sæculo IV in singulis Diœcesibus plures Ecclesias condi, pluresque sacras ædes extrui cœptum est, auctusque proinde fuit Presbyterorum, Diaconorum, aliorumque Clericorum numerus, tunc opus fuit & Archipresbyteris, qui Presbyterorum, & Archidiaconis, qui Diaconorum, & Primiceriis, qui inferiorum Clericorum ducerent Classem.

§. II. Primus, quod ego sciam, qui mentionem faciat Archipresbyterorum, est Hieronymus in Ep. ad Rusticum 57. *Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi*. Eorum commemoratio occurrit etiam in Synodo ad Quercum anno 403 celebrata (*a*), in qua Arsacius, qui in Divi Chrysostomi sedem invaserat, *antea Protopresbyter fuisse* dicitur.

§. III. Neque illud assentior, quod a Thomassino V. & N. E. D. Lib. II, cap. V, n. 11, dictum est, Græcorum Protopresbyterum longe alium fuisse ab Archipresbytero Latinorum. Nam Liberatus Diaconus Carthaginensis in Breviar. Hist. Nestor. & Eutych. cap. 14, hæc duo nomina tanquam unum, idemque sonantia interpretatur, ac Proterium, quem *Alexandrinæ Ecclesiæ Protopresbyterum* Græce legerat, latine reddidit *Alexandrinæ Ecclesiæ Archipresbyterum*. Quod si, uti vult Thomassinus loc. cit. cap. III, & cap. XVII, *Protopresbyter* nihil aliud fuisset, quam Presbyter natu major, quid opus erat, ut Dioscorus ad Concilium proficiscens Proterium ad Alexandrinæ Ecclesiæ Protopresbyteratum eveheret? Vid. Liberat. Diacon. loc. cit. Non igitur cani, aut rugæ, sed merito-

(a) Vid. Acta Conciliab. ad Quercum, quæ nobis servavit Photius. Cod. 59 Biblioth. & ea, quæ edidit Labbæus.

ritorum præstantia, ac virtus, uti ad Latinorum Archipresbyteratum, ita ad Græcorum Protopresbyteratum viam muniebant.

§. IV. Archipresbyteri latini nomen suum adhuc retinent; sed Protopresbyteri Græci aliud sibi invenerunt, ac *Protopapæ* vocari malunt. Quemadmodum enim Presbyteri apud Græcos Paparum (*b*), seu Papadum

(b) Sub primis Ecclesiæ sæculis collata ab Christianis Papæ denominatio Episcopis est, tanquam Patribus, quorum ordo non modo Patrum est, sed, ut S. Epiphanius loquitur, ad Patres gignendos præcipue pertinet. Inde commune evasit paullatim, ac promiscuum inter illos Papæ nomen, quod antiquitatis Eruditi passim monent, atque innumeris constat ex monumentis, epistolisque ad Episcopos datis. Nec audiendus Anastasius Germonius, qui aliunde id nominis Episcopis adhæsisse credidit; adstruitque, quemadmodum Imperatores, ita etiam Episcopos dictos olim Patres Patriæ: titulum autem hisce siglis PP. notatum minus peritos Papam legendum esse putavisse. Conjecerat id prius Carolus Paschalis, sed levibus omnino argumentis, atque toti antiquitati adprime injuriis; quum hoc nomen ex imperitia potius veteres Episcopis contulisse, quam certa ratione hoc pacto credendi sint. Tributum illis primum in Africa fuisse innuit Thomassinus, ibique quodam speciali veluti jure hæsisse Episcopo Carthaginiensi, tametsi revera commune Episcopis foret. Contra vero S. Cyrillum Alexandrinum Episcopum, primum post Romanum Pontificem eo fuisse nomine donatum contendit Sirmundus. At enim vereor ne postrema hæc a Græcorum nugis sint mutuata. Narrant scilicet Balsamon & ex eo fortasse Nicephorus, non alia de caussa id nominis ab Episcopis Alexandrinis usurpatum, nisi quia ab Romano Pontifice S. Cælestino concessum illis fuit, quum Sanctum Cyrillum Alexandrinum Episcopum Apostolicæ Sedis constituit in Conc. Ephesino legatum. Quod equidem Græculorum commentum est, quum sit certissimum & ante Cyrillum a Dionysio Episcopo Alexandrino, qui ab anno 248 florebat, Prædecessorem suum Heraclam Papam fuisse vocatum. Eadem prorsus ratione explodendi Scriptores illi Arabes Homaidius, & Habbasides apud Echellensem, qui contrario ductu, Heraclæ isti Alexandrino Episcopo primum collatum nomen, inde in Italiam derivasse; & Romano Episcopo adtributum somniarunt. Porro ante Heraclæ quoque tempora Romanum Episcopum Papam ex Africa vocavit Tertullianus, cujus de Romano Episcopo communiter intelligitur libri de pudicitia locus. Discrimen item illud ab ejusmodi Scriptoribus inventum inter *Abbam*, & *Papam*, quod illa vox Patrem, hæc avum significaret; illa vulgares Episcopos, hæc Patriarcham, quem & Abbam Episcopi ipsi vocabant, indicaret, egregie cum Pearsonio confutat Pagius: permirum proinde ut mihi sit, esse adhuc hodie qui putent, vocem Papæ *Patrem Patrum*, non Patrem significare, rem esse notissimam, nisi ex usu hodierno hujus vocis benigne intelligendi sint. Cæterum etsi olim in Africa frequentius auditum id nomen, ibique fortasse ex monumentis, quæ hactenus habemus primum Episcopis adtributum noscamus; haud tamen verum videtur specialius hæsisse Episcopo Carthaginiensi, nisi eo sensu, quod vetustiora de Episcopis monumenta, quæ in Africa occurrunt ad Carthaginensem pertineant, licet antiquissimorum temporum Tertullianus Romano etiam Episcopo tribuerit. Nam non in Africa modo occidentali, Ægyptoque, quæ ad orientalem Africam pertinebat; sed in Græcia quoque, Asiaque minore, Galliis item, atque Hispaniis, mox Episcopis omnibus constat fuisse commune.

Verum ne in his, quæ ad nos hoc tempore non adtinent longius excurrat oratio, illud certissimum, hoc nomen inter Episcopos primis sæculis usitatissimum, Presbyteris quoque tunc temporis nonnumquam fuisse collatum, quos etiam quodammodo Patres esse Populus adgnoscebat. Observatum

padum cognomine gaudent, ita etiam Protopresbyteri Protopaparum nomine appellari volunt. Nec nupera est hæc nomenclatio, sed apud Scylitzem, Balsamonem, Zonaram, Joelem, Leonem Grammaticum, Glicam, Codinum, & Phranzem, qui a decimo ad decimum quintum sæculum

---

id Clariss. Mabillonio in actis SS. Mammarii, aliorumque MM. Africanorum, ejusque Discipulo Ruinartio in actis S. Theodoti Ancirani, in quibus *Fronto* Presbyter Papa vocatur, uti & Antonius in actis SS. Mm. Juliani & Basilissæ. Rara denominatio, propterea quod non sæpe fieret, injuria impulit Tillemontium ut acta S. Cononis ann. 275 martyrio affecti in suspicionem adduceret, hac una de caussa, quod *Papæ* nomen ad Presbyterum significandum in adeo remota ætate adhiberetur. In ipsis etiam Conc. Chalcedonensis actis famosus ille Euthyches duarum in Christo naturarum commixtor, non Episcopus quidem, sed Archimandrita, *Papa* nuncupatur. Factum id non tam propter ingravescentem ætatem, ut doctiss. Thomassinus suspicatur, sed quod Abbas esset, Hegumenus, & Pater Monachorum, quæ caussa fuit, ut iis etiam Presbyteris tribueretur, qui veluti aliorum Patres haberentur. Nam in eisdem actis Archimandrita alter Abrahamius ipsissimo quoque titulo ornatus legitur. Neque enim in eorum opinione sum, qui Walfridum Strabonem haud recte intelligentes, omnibus Clericis Papæ nomen olim adtributum rentur, deinde vero Episcoporum evasisse proprium: quum contra ex veterrimis jam liquere documentis arbitrer, Episcoporum potius commune nomen, a Presbyteris eadem de caussa, qua Episcopis tribueretur, fuisse participatum. Etenim quum etiam inter Episcopos ita, ut plurimum, id nomen usurparetur, ut junior, aut inferior Episcopus, eo seniorem, dignioremve adpellitaret; nemo autem seipsum, nisi Romanus Pontifex Papam diceret, quod observatum diligenter a Mabillonio est: inde factum conjicio, ut seniores etiam Presbyteros, quos tamquam Patres venerabantur, minores Clerici, eo deinde nomine adpellandos censerent. Nam & Modestum, ne quidem Presbyterum, sed Viti dumtaxat pædagogum, educatoremque ex vetusto more hoc etiam nomine ab eo fuisse vocitarum ejus acta testantur. Per catachresim inde, postquam Presbyteri eo generatim nomine fruerentur, ab sequioribus potissimum Græcis inductum, ut minores etiam Clericos Papas, vel Pisinnos, aut simplices Papas, uti paullo post ostendam, nuncuparent.

At vero hoc potissimum discrimine ad Presbyteros evasit id nomen, ut non pronunciatione eadem, neque porro inflexione, ad utroslibet significandos a Græcis adhiberetur, Πάπας *Papas* enim Episcopus, Παπᾶς Papas Presbyter vocabatur: isque sane pronunciandi ritus, nec recentior quidem videri posset, si recta legendi ratio in vetustis MM. actis conservata sit. Actorum S. Theodori exemplar Græcum, inquit Ruinartius, *hic habet ὁ Παπᾶς, quo nomine donantur Antonius in actis SS. Juliani, & Basilissæ in vetustissimo Lectionario Lexoviensi*. In illis quoque S. Cononis eadem circumflexione notatur. Attamen etsi de hac vetusta pronunciatione haud sim sollicitus, illud vero nemo eripiet mihi, temporum progressu, sive sexto sæculo, sive potius nono, decimove, uti mox dicam, hujusmodi nomen brevi elatum pronunciatione, solo Romano Pontifici ita hæsisse, ut a nemine exinde Episcoporum, saltem inter Latinos usurpatum invenias: productum autem ita Græcis Presbyteris factum esse commune, ut vulgare ac tritum inter indigenas fuerit, qui Παπάδες *Papades* illos corrupta inflexione hodieque vocitant. Tempus enimvero quo Episcopi cæteri Papæ nuncupari desiverint, idque nomen soli cohæserit Romano, paullo obscurum est. Cantelius, Sirmundus, Thomassinus, aliique docti viri, quum Ennodium Ticinensem, Cassiodorium, Liberatumque sexto florentes Sæculo *Papæ* titulo Romanos Episcopos; Eustorgium autem, ac Datium Mediolanenses, cæterosque simplici dumtaxat Episcopi nomine

lum floruerunt, frequentissime occurrit.

§. V. Verum, ut ad Protopaparum officia veniamus, habe illa ex Anonymo Monchalliano: *Protopapas, dum Pontifex sacrum facit, principem locum tenet, ac cum Pontifice concelebrat, mutuoque sibi invicem SS. Eucha-*

mine donasse observassent, in eam venere sententiam, ut sub id temporis ad unum Romanum Pontificem illud revocari cœperit. Monuit nihilominus Thomassinus, si qua illis adversa post ea tempora exempla occurrunt, inde prodire, quod nonnisi latis quibusdam incrementis, invalescat rei cujusque usus. Et re quidem ipsa, ubi in istiusmodi versamur argumentorum genere, longe etiam antiquior hujus nominis ab Hispaniarum Episcopis Romano Pontifici facta reservatio colligi posset ex Conc. Toletano anno CCCC celebrato, in quo ita loquentes Patres efferuntur: *Expectantes pari exemplo quid Papa, qui nunc est, quid Simplicianus Mediolanensis Episcopus, reliquique Ecclesiarum rescribant Sacerdotes*. Et infra. *Constituimus autem, priusquam illis per Papam vel per S. Simplicianum communio reddatur, non Episcopos, non Presbyteros, non Diaconos ab illis ordinari*. Observare enim hic licet, solum Romanum Episcopum a Toletanis Patribus simplici Papæ nomine designatum. Verum & vestigia hujus nominis in Hispaniarum Episcopis, ad tempora usque S. Eulogii Episcopi Cordubensis, qui nono sæculo vixit, mansisse contendit Macrius. Simile quidpiam notari in Galliis potest. Nam in Conc. Turonensi II, anno IↃLXVI, ut Contius, aut sequenti, ut Sirmundus putat, coacto, ipso nimirum Sæculo VI, Avitus Episcopus Viennensis *Papa* vocatur. Quinimmo Avitus idem id nominis quinque adtribuit Patriarchis, cum eo tamen discrimine, ut in cæteris Urbis nomen addat, in Romano non item. Marculfus deinde Monachus, quem circa annum IↃCLX floruisse constat, Landerico Episcopo Parisiensi, vel, ut alii volunt, Metensi, duos formularum libros offerens, hanc inscripsit Epigraphen: *Reverendissimo Papæ Landerico*. Ævo quoque Caroli Magni in serie Episcoporum Metensium:

Nobilis in cunctis Papa Chrodegandus habetur.

Hinc fortasse factum, ut quum communis sæculo nono, aut saltem non rara in Episcopis ea esset nomenclatura, Joannes VIII Rom. Pont. *Papa Universalis* dictus fuerit ab Synodo Ticinensi, ut eo pacto ab cæteris distingueretur. Sed illud postremo certum, eo plures conspirare, ut a S. Gregorio VII decretum reantur, id nomen de alio non debere, nisi de Romano Pontifice dici. In eam rem esse autumant Concilium quoddam, quod sub eo, A. CIↃLXXII, aut sequenti adserunt celebratum, cujus tamen nullibi vestigium exstat. Ab ejus potius *Dictato*, ut vocant, hæc derivasse crediderim, quo de Baron. agit ad An. CIↃLXXVI, quamvis genuinum non esse Sanctissimi illius Pontificis opus Critici naris emunctioris putent.

Cæterum, ut paullatim desinere inter Episcopos id nomen cœpit, ita circumflexa pronunciatione elatum crevit deinde inter Presbyteros. Exempla Cangius congerit ex Theophane, Cedreno, Nicephoro, Cpolitano, Leone Grammatico, Niceta Choniate, atque ex novellis tam Isaaci, quam Alexii Comnenorum in jure Græco-Romano contentis: ex quorum nonnullis non Presbyteros modo, verum etiam inferiores ordine Clericos, eo nomine indigitari plane conficitur. Sed ad Presbyteros quod attinet, præter Euchologium, græca Calabriæ nostræ diplomata inspicere satis esset, in quibus *Papæ*, & Presbyteri voces promiscue usitatas passim invenimus. Nec mos iste Barbaro-Latinis mediæ ætatis incognitus: quippe quod in actis quoque Romanæ Synodi sub Zacharia Papa A. IↃCCXXXXV celebratæ, in quodam illius celebris Germaniæ Impostoris Aldeberti, quod in eis refertur, fragmento, Presbyteri etiam Romanæ Ecclesiæ Pa-

charistiam impertiuntur. *Primas præterea in rebus sacris partes sustinet*; *absentisque Episcopi vice fungitur*. Ex hisce discimus, Protopapam inter Missarum solemnia primum ab Episcopo locum habere, nam in aliis

functionibus nonnisi primam sinistri Chori sedem obtinet (*c*), & in Patriarchali Constantinopolitana Ecclesia, ubi plures Archontes, ad tertium sextæ Pentadis (*d*) locum rejicitur. Cæterum Protopapas Presby-

Papates vacantur. Et in Græcia quidem pervagatum adeo hoc nomen est, ut abusive tandem Clericis quibusvis etiam minimis addictum sit, *pisinni* licet isti, vel *simplices Papæ*, non absolute *Papæ* dicerentur. Sane non Papæ, sed Papatis, pædagogorum instar, attributum a Latinis fuisse Presbyteris nomen, facta græce inflexionis imitatione quadam, colligi ex eis poterit, quæ ad antiqua MM. acta laudati jam Mabillonius, & Ruinartius adnotarunt, si constans pro Presbyteris observatio esset. Nam & *Papates* dictos fuisse pædagogos ab sequioribus Latinis, non *Papas* constat. Verum diversa in Cyprianum animadvertit Baluzius, qui in variis epistolarum illius CC. *Papatem* etiam dictum repetiri monet, ex quo discriminis nihil, ex vario apud nostros inflectendi modo, erui posse videtur. Non sic tamen apud Græcos, qui perpetua constantique ratione diversimode vocem flectunt, quum Pontificem, & quum Sacerdotem nominant Papam, quod notatum diligenter a Goario est. Hoc idem Mamachius de Chiis suis testatur, qui Pontificis nomen hoc modo efferunt: ὁ Πάπας: Sacerdotis vero, vel Diaconi ὁ Παπᾶς. Factum autem corruptione quadam linguæ, ut qui Παπᾶ prius, postmodum Παπάδες adpellarentur, quemadmodum ab Concilii Senensis tempore A. CIƆCCCCXXIII Presbyteros Græcos etiam vocatos legimus.

(c) Consessum Ecclesiarum Græcarum ita describit Anonymus Monchallianus. *Chorus dexter*. (*Primus quinarius*) *Magnus Œconomus*. *Magnus Sacellarius*. *Magnus vasorum Custos*. *Chartarum Custos*. *Præfectus Sacello*, *seu minor Sacellarius*. (*Secundus quinarius*) *Protonotarius*. *Castrensis*. *Referendarius*, *Logotheta*. *A Commentariis*. (*Tertius quinarius*) *Protecdicus*. *Præfectus sacrorum rituum*. *Minister a genibus*. *Monitor*, *seu Suggestor*. *Doctor*. (*Chorus sinister*) *Protopapas*. *Deutereus*, *seu Secundarius*. *Præfectus Ecclesiarum*. *Exarchus*. *Catechista*. *Visitator*. *Duo Defensores*. *Butistes*, *seu Immersor*. *Duo Domestici*. *Duo Convocatores populi*. *Duo Primicerii*. *Protopsaltes*, *seu primus Cantor*. *Proximus*. *Deputatus*. *Vigiles*, *seu Speculatores*. *Præfecti ordini*, *seu cæremoniarum Magistri*. *Categoriares*. *Decanus*. *Cubicularius*. *Lampadarii*. *Introductor*. *Bajulus*. *Thuris distributor*. *Magnus Archidiaconus*. *Deutereus*, *seu secundus Diaconorum*.

(d) Pentades Ecclesiæ Constantinopolitanæ habe ex Codino Curopalata.

Primus Quinarius.

Num. II. Magnus Œconomus, qui sua in potestate omnes Ecclesiæ facultates, omnesque in illis reditus tenet: & tam Patriarchæ, quam Ecclesiæ hac in re dispensator est.

III. Magnus Sacellarius habet sua in potestate Virorum & Mulierum Monasteria, & ad hoc Ministro seu adjutore utitur Præfecto Monasteriorum.

IV. Magnus Scevophylax, seu vasorum Custos sua in potestate habet Ecclesiæ vasa, supellectilem.

V. Chartophylax, tabulas habet chartaceas ad jura Ecclesiastica pertinentes; (hoc est litteras, quibus privilegia, & alia jura Ecclesiæ continentur), & est Judex omnium Causarum Ecclesiasticarum, & controversiis Matrimonialibus cognoscendis, ac dirimendis præsidet. Quin & in cæteris Cle-

rico-

terorum omnium ordinem ducit, primaria Sacerdotalia munia obit, atque, ubi absit, vel desit Episcopus, Episcopalia omnia, si ordinationem demas, sacra exequitur. Quinimmo in Constantinopolitana Ecclesia, in qua soli Episcopi cum Patriarcha concelebrant, etiam Protopapas

---

ricorum litibus Judex est, tanquam dextera Patriarchæ manus.

VI. Præfectus Sacelli sua in potestate habet Catholicas Ecclesias, & Sacellum.

VII. Protecdici munus ad curam captivorum extenditur, & est simul Judex omnium querimoniarum, quæ ad forum deferuntur.

Isti sedent in sacra Synodo cum Patriarcha.

Secundus Quinarius.

VIII. Protonotarius ostium est, & aditus ad Exocatacœlos, præestque pittaciis conficiendis.

IX. Logotheta præest discutiendis, & conscribendis rationibus, tam quas reddunt qui ex plebe, quam qui ex ordine Ecclesiastico principali.

X. Canstrensius, canstrio præfectus est, & Patriarchæ, dum vestes mutat (sive sacris induitur) servit.

XI. Referendarii munus est, ut mittatur ad Imperatorem, & ad magnum Principem.

XII. A Commentariis, scribendis commentariis (sive memorialibus) vacat.

Tertius Quinarius.

XIII. Hieromnemonis munus est pone Patriarcham preces inspicere; habetque sua in potestate Enthronismum, & Contacium seu librum Ordinationis.

XIV. Minister a genibus sua in potestate habet (seu appendit) Supergenuale Patriarchæ.

XV. Præfectus supplicum precibus, pro illis, qui injuria afficiuntur, ad Imperatorem accedit.

XVI. Ejus, qui Secreto præest, munus est, ut dum judicia habentur, populum in officio contineat.

XVII. Præfectus sacræ stationis curat, ut intra tabernaculum, seu intra Altare, debitus & conveniens ordo observetur.

Quartus Quinarius.

XVIII. Monitor seu Suggestor ad hoc constitutus est, ut Patriarchæ tacite suggerat, & in memoriam revocet.

XIX. Doctor Evangelii, qui interpretatur illud.

XX. Doctor Apostoli, qui illius interpres est.

XXI. Doctor Psalterii, Psalterio explanando destinatus.

XXII. Rhetoris munus est Scripturas interpretari.

Quintus Quinarius.

XXIII. Præfectus Monasteriis gerit cum magno Sacellario Monasteriorum curam.

XXIV. Præfectus Ecclesiis Ecclesiarum curam gerit cum Curatore Sacelli.

XXV. Præfectus Evangelio tenet illud ad Processiones ac Litanias.

XXVI. Præfectus Luminibus curam habet eorum, qui nuper illuminati, hoc est baptizati sunt.

XXVII. Præfectus Antimensiis eos, qui sanctam communionem percipere volunt, introducit.

Sextus Quinarius.

XXVIII. Primus Ostiarius fores custodit, dum ordinationes peraguntur.

XXIX. Secundus Ostiarius tenet monampulum.

XXX. Protopapas defensor & primus in tabernaculo, seu in loco Altaris: secundas a Patriarcha obtinens.

XXXI. Secundus Sacerdotum introducit (ad

papas ejusque Deutereus (*e*) in concelebrantium societatem includitur. (Allat. apud Goar. in Codin. cap. 1, n. 43.) Illud etiam relictum Protopa-

(ad altare, seu sacram Mensam) Sacerdotes, & secundas a Protopapa tenet.

XXXII. Secundarius ex Diaconis primus est inter communes Diaconos, & introducit (ad altare) Diaconos.

Septimus Quinarius.

XXXIII. Protopsaltes.
XXXIV. Duo Domestici, primi & secundi chori.
XXXV. Qui populum convocat, Laosynacta.
XXXVI. Primicerius Tabulariorum.
XXXVII. Præfectus Contaciis.

Octavus Quinarius.

XXXVIII. Primicerius Lectorum.
XXXIX. Nomicus.
XL. Protocanonarcha.
XLI. Exarchus.
XLII. Ecclesiarcha.

Nonus Quinarius.

XLIII. Domesticus Ostiorum.
XLIV. Chartularius.
XLV. Deputatus.
XLVI. Præfectus pavimenti.

In enumeratione Officiorum Ecclesiasticorum non convenit Citrius cum Codino, causam addit: Quia Patriarchæ hæc omnia arbitratu suo mutabant, depressosque in altum evehebant, & evectos deprimebant, & nova munia instituebant, prout huic vel illi gratificandi voluntas ferebat. Præter officia a Codino enumerata sunt ista, Catechista, Orphanotrophus, Quatuor Defensores, Circitor, seu Visitator, Excitator, cujus erat in Vigiliis circuire, & somnolentos excitare.

Præter hos recenset Citrius Theoros, seu Custodes, & Deputatos, itemque Camisatos. Quod Camisatorum sit officium his verbis docet: Camisati, ferendis ad altare carbonibus, & sacris lebetibus calefaciendis occupati sunt, ut illic more solito aqua fervens sacris calicibus intempestive infundatur. Solent enim Græci, ut videre est in Liturgia S. Chrysostomi, & in Theoria rerum Ecclesiasticarum S. Germani, & in expositione Liturgiæ Cabasilæ, calici jam consecrato sub ipsum communionis tempus infundere aquam calidissimam, ut quemadmodum ex latere Christi in Cruce pendentis, utraque (sanguis & aqua) *plena calore* profluxerunt, ita tempore communionis communicantes, & sanguinem & aquam, & quidem utraque calentia percipiant *quasi ipsum Christi vivificum latus ore appositο contrectarent*. De qua consuetudine, quam rationi consentanea sit, nihil opus pluribus hic disquirere.

Præter hos sunt apud Citrium Patriarchales Domestici.

Quod attinet ad Græcos recentiores, præter multa Ecclesiasticorum officiorum vetera nomina habent sua & propria; quæ nec in Citrio, nec in Codino apparent: quæ ex Turcogr. colligi possunt, ut est Nomophylax Magnæ Ecclesiæ, Lampadarius Magnæ Ecclesiæ, Magnus Logotheta Magnæ Ecclesiæ, Magnus Rhetor. Meminit quidem Codinus Rhetoris, sed absque Magni additione.

(*e*) Anonymus Monchallianus, qui Protopapæ statim Deutereum subdit, præcipuum illius munus exponit hoc modo: Ὁ Δευτερεύων, ὅταν λείπει ὁ Πρωτοπαπᾶς, κρατεῖ τὸν τύπον αὐτοῦ. *Deutereus, seu secundarius, quum deest Protopapas, tenet locum illius.* Deinde, & hoc pacto Codex Allatianus Ὁ Δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Ἀρχιερέως, ὅταν λείπει ὁ Πρωτοπαπᾶς, ἔχει ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα. *Deutereus celebrat & ipse cum Pontifice. Absente Protopapa habet in Ecclesia omnes primatus.* Alius quoque Catalogus ex C. Regio apud Cangium ὁ Δευτερεύων εἰσοδεῖ τοὺς ἱερεῖς,

topapæ, ut in menſurnis diſtributionibus primas ferat (*f*). Græcorum Protopresbyterorum, uti etiam Archipresbyterorum latinorum officia olim latius patebant. Nam illorum erat Candidatos ad ſacra Miniſteria admovere, ſordidatos publicæ Pœnitentiæ ſiſtere, (Socrat. Hiſt. Eccleſ.) aliaque peragere, quæ poſtea Archidiaconi ſibi vindicarunt. Nunc Archipresbyteri latini iis tantum juribus contenti vivunt, quæ illis longæva Eccleſiarum peperit conſuetudo (*g*).

QU. XXII.

ἱερεῖς, ἐὰν οὐκ ἔνι Πρωτοπαπᾶς, καὶ ἄρχει τῶν ἱερέων τοῦ Πρωτοπαπᾶ. *Deutereus introducit Sacerdotes, ſi non adeſt Protopapas, & primatum obtinet Sacerdotum poſt Protopapam*. Similiter Codinus ὁ Δευτερεύων τῶν ἱερέων εἰσοδεύων τοὺς ἱερεῖς, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ Πρωτοπαπᾶ. *Deutereus Sacerdotum, ſeu ſecundarius Sacerdotum introducit Sacerdotes, tenetque ſecundas a Protopapa*. Nec deeſt Euchologium, in quo δευτέρος ἱερεὺς *ſecundus Sacerdos* occurrit, quod ad Πρωτοϊερέα, ſeu Πρωτοπαπᾶν *Primum Sacerdotem* referatur. Theodoſius quoque in Turcogræcia pag. 218, ὁ μὲν, inquit, Πρωτοπαπᾶς πρῶτος τῶν ἱερέων, ὁ δὲ δευτερεύων, μετὰ τὸν Πρωτοπαπᾶν ὀφφίκιον. *Protopapas quidem primus eſt Sacerdotum; Deutereus vero, poſt Protopapam officium*. Hinc plane vides Deutereum inter Eccleſiæ Presbyteros *Deuteropapatem*, id eſt Presbyterorum ſecundum fuiſſe, atque Protopapæ vere τοποτηρητὴν *locum tenentem*; ejuſque vice, eo abſente, ſingulis illis officiis fungi oportuiſſe, quæ ad illum ſpectabant, concelebratione cum Pontifice ne quidem excepta. Quinimmo & hanc illi ſimul cum Protopapa fortaſſe conveniſſe, jam ſupra, quum de Protopapa ageremus, innuimus. Ut igitur Protopapam ſecundas a Pontifice tenere recte Codinus dixerat; ita & hic adpoſite, opportuneque, Deutereum ſecundas a Protopapa, cujus vices gerit, obtinere, animadvertit.

(*f*) Anonymus Monchallian. Enarrabimus deinde menſtruas. Primus Quinarius duplum. Secundus unum & dimidium. Tertius unam & quartam partem. Protopapas in duplum.

(*g*) Quæ fuerint primis ſæculis munia Archipresbyterorum, qui plenius ſcire cupit, adeat Rouſeaud de la Combe Juriſprudent. Univ. V. Archipresbyter n. 2, 8, ſeq. Quæ vero nunc ſint eorumdem Archipresbyterorum munia, tradit Corvinus de perſon. & benefic. eccleſ. lib. I, tit. 20, n. 6, & fere in his conſiſtunt: Ut cæteris præſint presbyteris, curentque, ut debito modo officio ſuo ſacro fungantur: ut Epiſcopo miſſam legenti aſſiſtant; c. 3, h. t. abſente vel impedito Epiſcopo rem divinam faciant, quam tanquam presbyter alias peragit &c.

Verum munia Archipresbyterorum non ſunt eadem in omnibus Eccleſiis, in quibus ipſi Archipresbyteri ſunt. Rouſeaud de la Combe ibid. n. 8. Sed omnia pendent a conſuetudine.

QU. XXII.

Quænam est Præpositi dignitas & officium.

§. I. PRæpositi (*a*) in Cathedralibus Ecclesiis serius exorti sunt. Antequam Canonici vitæ victuique communi se se traderent, non necesse habuerunt, sibi dari Præpositos, quorum nutum in edendo, bibendo, cubando, dormiendo, vigilando, sedendo, incedendo revererentur. At postquam in unum claustrum, familiamque ab Chrodogandi instituto compulsi sunt, atque detrusi, & simul una degere, una vivere, una esse, uno conclavi, uno triclinio, uno cubiculo uti coacti sunt, (Vid. sup. Qu. XIII.) tunc Præposito eguerunt, qui eorum mensæ, epulis, poculis, somno, statui, incessui, sessioni, accubationi advigilaret (*b*). Epis-

(a) *Præpositi*, inquit Synodus Aquisgranensis an. 816, cap. 138, qui quamdam prioratus curam sub aliis Prælatis gerunt. Hi tales, & tam strenui sunt constituendi, qui & vitæ probabilis sint, & ea quæ sibi injuncta sunt, fideliter, humiliterque expleant.

(b) Thomass. V. & N. E. D. Part. I, Lib. III, cap. 66, §. 2. Ad nauseam usque jam inculcatum a nobis est, Crodogandum Canonicorum Regulam ad Regulam B. Benedicti effinxisse, ac contemperasse. Itaque ut Monachorum Collegia, ita & Capitula Canonicorum in potestate Præpositorum fuere. Patet res ex Capitularibus Caroli Magni. *De bis quos Præpositi Canonicorum aut Monachorum ordinandos expetiverint, eadem forma servanda est.* Idem rursum dilucidius patet ex Concilio Aquisgranensi sub Ludovico Pio, ubi exterior interiorque Canonicorum in communis vitæ societate degentium disciplina, Præpositis omnino committitur. Eorum est spiritualium rerum libros Canonicis suggerere quos legant: eorumque rursus est tam validis aliisque mænibus claustra vallare, ut nec ingressus pateat, nec exitus, nisi porta ea, cujus custodia viro prudentissimo credatur. *Præpositorum officii est, ut subditorum mentes sanctarum Scripturarum lectionibus assidue muniant: & quamquam ab bis boc instantissime fieri oporteat, necesse est tamen, ut claustra, in quibus Clero sibi commisso, canonice vivendum est, firmis undique circumdent munitionibus; ut nulli omnino intrandi, aut exeundi, nisi per portam pateat aditus.* Præpositis mox iisdem præcipitur, ne plures in Collegium suum Canonicos allegi sinant, quam quantos alere per annuos reditus, & pie regere per disciplinæ regularis custodiam licet. *Ne si indiscrete plures adgregaverint, ipsos gubernare non valeant, nec ceteris Ecclesiæ necessitatibus adminiculari.*

Item ibid. §. 7. Finem faciam dicendi de Præpositis, ubi accumulavero nova quædam documenta originis eorum, prout ea superius a nobis enarrata est. Primæva ab origine fuisse eos Claustris Monachorum sub Abbate Præfectos: & exinde Præpositos quoque dictos fuisse Congregationum Clericarum principes & duces sub Episcopo, postquam eæ se ad Monasterium formam effinxere, communemque vitam amplexatæ sunt. Extant apud Flodoardum summa capita & argumenta complurium Hincmari Epistolarum, quas ille nunc ad Capitulorum, nunc ad Monasteriorum Præpositos exarabat. In Re-

Episcopi enim Ecclesiarum, publicarumque rerum curis distenti suas excubias, custodiasque domesticæ huic, ac familiari disciplinæ polliceri non poterant.

§. II. Neque vero Canonicorum, quibus juncti erant, communitate concidente, Præpositi etiam conciderunt, sed his, licuit esse superstites, suumque in Ecclesiis locum, rem, dignitatemque tueri. Quod si Chrodogandi regula, cui sartæ, & tectæ servandæ Præpositi creati erant, pulsa de medio fuit, non tamen omnes etiam Præpositorum partes e medio excesserunt (c), nec seges, ac materia suorum studiorum omnis exaruit, exsiccataque est. Nam eorum adhuc est Canonicorum mores, vitamque explorare, curareque, ut qui aliis Clericis dignitate antecellunt, ii non tam purpureis toralis, torquibus, atque fasciolis, quam morum elegantia, vitæ nitore, virtutum splendore præ aliis omnibus fulgeant, micent, atque renideant.

Regula Canonicorum Crodogandus unum eundemque donat nomine, dignitate & potestate Archidiaconi, Præpositi, & Primicerii. *Qui Archidiaconus, vel Primicerius &c. Qui Archidiaconus, vel Præpositus, &c.* Archidiacono sane eadem potestas commendata fuerat in omnes unius Ecclesiæ Clericos, nondum tunc in communis vitæ societatem devinctos, quæ postea credita est Præpositis, post Congregationes Clericorum institutas. Itaque primum Archidiaconi & Præpositi officia conjuncta in unum fuere, quæ sejuncta deinde fuere, ut esset penes Præpositum jurisdictio in omne Capitulum, penes Archidiaconum autem prisca in alios omnes totius Diœceseos Clericos auctoritas. Itaque Præpositura Capitulorum velut decerpta fuit portio quædam Archidiaconatus: ita ut Præpositi deinceps Vicarii fuerint Episcoporum, & eorum jurisdictionis administri in Canonicos: sicut Archidiaconi in Clericos cæteros omnes Diœceseos, qui quondam hos illosque omnes fuerant complexi. Addit denique Regula Crodogandi, si quo se graviori flagitio obstrinxerit Archidiaconus, vel Præpositus, ab Episcopo utrumque exauthorari debere, aliumque substitui.

(c) Berard. J. E. U. Part. II, Diss. 11, observ. I, pag. 30. Dissociata vita communi, adhuc quædam præpositorum jura remanserunt in convocando Capitulo, & in præsidendo Canonicorum cœtui, quoties Collegii jura tuenda essent, aut vindicanda, aut exercenda; unde adhuc Præpositorum dignitas remanere debuit, quamquam variis obnoxia vicibus pro locorum, ac temporum varietate.

Amplissime officium Præpositi depingitur in Diplom. Bonifacii VIII, vel ab Ughellio Tom. I Ital. Sac. pag. 317, seq. edit. nov.

Consule etiam Hieronymum a Costa in Histor. de Orig. & progress. redit. Eccl. pag. 223.

T 2

QU-

QU. XXIII.

Quænam est Decani dignitas, & officium?

§. I. DEcani nomen à re militari sumptum est, ubi Decanus dicebatur, qui decem militibus præerat. Ita & in Ecclesiastica militia Decanus initio dictus fuit, qui decem Clericorum classem regebat. Monachi primi fuere, qui hoc institutum sibi adoptarunt, ac in mores induxere suos; e quibus postea Canonicorum communem vitam degentium regulæ haustæ sunt. Decani igitur initio nihil aliud fuerunt, quam quidam quasi Decuriones, qui in Ecclesiasticis ut ita dicam Centuriis, uti Præpositus toti Centuriæ, ita ipsi singulis Decuriis præficiebantur.

§. II. Postquam vero Præpositos humanarum rerum cura ab sacrorum munerum curatione, atque ab Chrodogandicarum regularum tutela avocavit, tunc Decani omnem domesticæ, ac familiaris disciplinæ custodiam sibi sumpserunt, atque in hanc Præpositorum Provinciam ingressi sunt, nihil amplius interesse rati, utrum decem tantum, vel pluribus Canonicis præsiderent. Quinimmo ubi Præpositi ad superbiam, fastum, & immodicum modum insolescere visi sunt, ibi Præpositorum Præfectura vel penitus ex oculis sublata, vel honore, & juribus minuta, Decani vero dignitas aucta, ac in principe loco collocata.

§. III. Quæ fuerint olim, quæque etiam nunc esse deberent Decanorum officia, & studia, docemur a Patribus Coloniensibus, qui anno 1260 Decanis præceperunt, *ut tota ad id nitantur solertia, quod in Ecclesiis disciplinalis observantia vigeat honestatis: & sicubi enervata extiterit, ipsam studeant reformare, commissam sibi excessuum correptionis potestatem, & regimen sui officii taliter exequendo, ut boni dispensatores in Domo Domini super ejus familiam digna possint commendatione censeri. Et hoc quidem se facere arbitrentur, si ipsi disciplinati appareant in se met ipsis, & per bonum exemplum confortent, & animent suos Confratres*: atque anno 1536 Decanos monitos voluere, *ut Clericos suos ad observationem piorum rituum provocent, ac reducant, ut ad agendam vitam Clericis dignam perpetuo cohortentur, ac impellant, ut a negotiis, ac tumultibus mundanis revocent, nec magis sæculi, quam Christi milites videantur, ut comessationibus, ebrietatibus, ac omni luxui interdicant, denique ut suo officio satisfacere compellant.* Hæc Coloniensium Synodorum Patres. Cæterum nostris temporibus, atque in nostris hisce Regionibus,

nibus, uti Archipresbyterorum, & Præpositorum, ita etiam Decanorum, aliarumque dignitatum jura, munera, & officia uniuscujusque Ecclesiæ reguntur moribus (a).

QU.

(a) Appendicis loco notanda hic sunt ea, quæ in Canonicis desiderantur, quorum vigilantia & cura maxime spectat, ad Decanos.

Ætas requisita, & sufficiens ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia Collegiata est ætas 14 annorum. Et hoc est intelligendum, si talis Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ ex sua fundatione, vel statuto, aut consuetudine nullum requirat Sacrum ordinem, alias deberet, de illo providendus, esse constiturus in illis Sacris Ordinibus, quos requireret talis Canonicatus. Vel in ea ætate, qua intra annum a Jure statutum posset ad illos Ordines promoveri. Et hæc ætas 14 annorum sufficit etiam in Collegiata, in qua spectat Cura Animarum Canonicis non uti singulis, sed uti unitis. Si vero Cura Animarum totaliter spectet ad aliquem Canonicum, vel Dignitatem particularem, requiritur ætas 25 annorum saltem incœptorum. Hæc tamen ætas 25 annorum incœptorum requisita ad obtinendos Canonicatus, seu Dignitates, quibus subest Cura Animarum, non exigitur, nec est necessaria, quando Canonicatui, vel Dignitati Cura Animarum non subest principaliter, sed solum accessorie est ipsi unita. Circa ætatem requisitam ad Dignitates, sine Cura in Collegiatis, variant Doctores.

Ætas requisita, & sufficiens ad Canonicatus Cathedralis, ubi est facta distributio Sacrorum Ordinum, est illa, quam exigit Ordo Canonicatus, idest ad Canonicatum Subdiaconalem ætas 21 annorum, Diaconalem ætas 22 annorum, & Sacerdotalem ætas 24 annorum, cum omnes respective sint sic in tali ætate, ut infra annum possint ascendere ad ordinem a suo Canonicatu requisitum. Ad Canonicatus autem Cathedralis, ubi non est facta distributio Sacrorum Ordinum, requiritur ætas annorum 22 incœptorum. Sed ad minus debet esse in vigesimo primo anno, ita quod possit infra annum ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem promoveri. Ætas requisita ad Dignitates, vel Personatus, quibus nulla subest cura animarum in Cathedralibus, est ætas 22 annorum. Qui anni viginti duo debent esse completi, taliter, quod neque Episcopus possit in hoc dispensare. Ætas vero requisita ad Dignitates, seu Canonicatus, quibus subest cura animarum, seu Regimen Parochiale, est ætas 25 annorum saltem incœptorum. Et hæc ætas 25 annorum incœptorum requiritur etiam ad Dignitatem Ecclesiæ Cathedralis, cui sit distributio Missæ cantatæ per turnum infra hebdomadam, cum habeat onus annuum, ac proinde tenetur per se adimplere. Canonici supranumerarii possunt recipi in anno 14, sed adveniente tempore Præbendæ, debent esse in ætate integra.

Canonici, qui in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis obtinent Canonicatus, Dignitates, vel Personatus, quibus aliqui Ordines sunt annexi, tenentur eumdem Ordinem requisitum intra annum suscipere. Adeoque promoti ad Canonicatus, Dignitates, vel Personatus debent in ea ætate constituti esse, ut infra annum possint ad Ordinem requisitum promoveri. Aliter promotio, seu provisio erit nulla. Et annus hujusmodi statutus ad se promoveri faciendum ad Sacros Ordines computari debet, non a tempore collationis factæ, sed a die habitæ pacificæ possessionis, dummodo per provisum non steterit, quominus antea possessionem perceperit.

Canonici, qui ad Sacros Ordines suis Canonicatibus, Dignitatibus, vel Personatibus annexos, se intra annum, justo impedimento cessante, promoveri non faciunt, ex tunc donec promoti fuerint, privantur voce in Capitulo, & dimidia parte Distributionum.

Pæna

Pœna privationis dimidiæ partis distributionum, quam incurront Canonici requisitos ordines intra annum non suscipientes, locum habet, quamvis intersint Divinis, & Officium recitent. Nec valet consuetudo, quod Canonici residentes non priventur tali dimidia parte distributionum, licet intra annum ad requisitos Ordines non sint promoti. Pœna privationis dimidiæ partis Distributionum, quam incurrunt Canonici requisitos Ordines intra annum non suscipientes, locum habet, quamvis reliqua dimidia pars, quæ superest, non sufficiat ad sustentationem Canonici. Talis autem privatio dimidiæ partis Distributionum intelligenda est de iis solummodo Distributionibus, quæ proprie & stricte Distributiones quotidianæ dicuntur; nempe quæ dantur iis, qui horis, seu Officiis ordinariis intersunt. Non autem de extraordinariis distributionibus, quæ dantur pro Funeralibus, seu Anniversariis Defunctorum, & aliis hujusmodi, quæ large, & generaliter Distributiones vocantur, nisi Distributiones Funeralium, seu Anniversariorum sint unitæ cum horis. Nullam tamen pœnam incorrunt Canonici, si ad Ordines requisitos non promoveantur intra annum propter justum impedimentum, ot esset infirmitas totius illius anni, vel si absens erat Episcopus, & commendatitiæ Litteræ haberi oon potuerint, vel eos Episcopus ordinare noluerit, vel his similia. Isti enim sic impediti adhuc post annum percipient integras quotidianas Distributiones, quia per ipsos non stat, quin promoveantur propter justum impedimentum. Nec etiam ullam talem pœnam incurrit Canonicus dispensatus a Papa, ut in ætate V. G. sexdecim annorum, vel in alia sufficienti Canonicatum in Cathedrali obtinere possit, nam eo ipso quod est dispensatus circa ætatem, & provisus de Canonicatu, Præbenda, Fructibus, & Stallo, debat ad Vocem, & ad Distributiones admitti, proot alii Canonici. Canonicus autem dispensatus super ætate ad obtinendum Canonicatum, si promoveri non curavit ad Ordines, postquam ad legitimam ætatem pervenit, juxta formam in dispensatione præscriptam, Distributiones non acquirit, qoamvis Choro interviat.

Canonicus tamen a Sede Apostolica super ætate dispensatus non prios cogendus est ad Sacros Ordines promoveri, quam ad annos 22. pervenerit. Canonicus in Sacris non constitutus Vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, seu præscribere non potest. Canonicus in Ecclesia Collegiata habens Canonicatum, cui neque Jure communi, neque ex consuetudine, Institutione, aut statuto annexus est aliquis Ordo, præsertim Sacer, obtinere potest, & percipere Distributiones, licet nunquam hujusmodi Sacrum Ordinem suscipiat, sed simplex Clericus remaneat.

Canonici sive Cathedralium, sive Collegiatarum tenentur saltem per novem menses residere in Ecclesiis sui Canonicatus, ita ut non liceat ipsis ultra tres menses ab eisdem quolibet anno abesse: Salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, sicque absentiam trium mensium non concedunt. Menses tres, quibus Canonici quolibet anno abesse possunt, continere debent nonaginta dies, ita ut quilibet Mensis suos triginta dies contineat, & dies isti possunt esse vel continui, vel interpolati. Ita tamen, ot non omnes Canonici possint simul abesse eodem tempore, ne Ecclesia destituatur omni servitio, sed solum ea quota Canonicorum simul abesse possit, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & Capituli. Hujusmodi tres menses non debent incurrere in Natale, aut Pascha Domini, vel similes maximas Solemnitates, aut in tempus Adventus, & Quadragesimæ, aut in dies Dominicos, & Festos totius anni.

Fundationum privilegiis, quibus ultra tres menses Canonicis abesse licet, non est derogatum a Tridentino, nec ab eo sunt sublata Statuta a Summo Pontifice confirmata, ut Canonici abesse possint ultra tres menses. Ut Canonici abesse possint tribus mensibus a Concilio permissis, nec Episcopi, nec Capituli licentia, nec causa requiritur, & possunt Canonici tunc abesse etiam ex causa recreationis; si tamen velint abesse extra Diœcesim, requiritur licentia Episcopi. Licet autem Canonici possint libere, & licite abesse illis tribus mensibus, non tamen pro eo tempore lucrantur Distributiones quotidia-

tidianas, sed solum fructus grossos, seu Præbendam. Potest Episcopus ob legitimam causam dare Canonicis suis facultatem, ut possint abesse per quatuor menses. Si per specialem aliquarum Ecclesiarum Constitutionem, aut consuetudinem, longius servitii tempus requiratur, non est licitum Canonicis per tres menses abesse. Dato tamen, quod alicujus Ecclesiæ Constitutio, aut Consuetudo requirat servitium totius anni, tunc licitum est Canonicis per tres menses abesse.

Canonici non residentes per novem menses incidunt in pænas Concilii Tridentini mox adducendas. Immo in ipsas Tridentini pænas incidunt etiam Canonici, qui majori servitio Ecclesiæ, quam novem mensium sunt adstricti, si non resederint per tempus ipsum majus sibi constitutum. Pænæ autem a Tridentino impositæ Canonicis non residentibus, sunt, quod absens ultra tempus permissum primo anno privetur dimidia parte fructuum, & quidem ad ratam mensium, quibus abfuit, si non est integer annus; secundo anno omnibus fructibus; & tertio anno privetur etiam Titulo Canonicatus. Canonici tamen, qui ob absentiam in pænam privationis fructuum incidunt, non tenentur istos in conscientia restituere ante sententiam condemnatoriam Judicis. Ad incurrendam a Canonicis non residentibus pænam privationis fructuum, non est opus prævia monitione, ut resideant. Fructus illi, quibus privandi sunt Canonici non residentes pro constituto tempore, debent applicari in usum, & fabricam Ecclesiæ, si indigeat, alias alteri pio loco, arbitrio Ordinarii.

Pænarum gradus contra Canonicos non residentes præscripti sunt necessario servandi, antequam deveniatur ad privationem; alias ipsa privatio, seu sententia privationis erit nulla. Licet enim secundum aliquos Canones Canonicus absens privari posset Beneficio, si infra congruum terminum sibi præfixum ad residentiam non rediisset; tamen ex nova dispositione Concil. Trid. Canonicus ob absentiam privari non potest Titulo, nisi post lapsum trium annorum. Cum enim Episcopus Tarentinus olim petiisset declarari a Sac. Cong. Conc. An recte processisset contra subcantorem Canonicum Ecclesiæ suæ jam decem & octo menses absentem, cum ei comminatus fuisset pœnam privationis, si intra mensem non resideret; Sacra Congregatio declaravit, Concilium clare disposuisse; expectandum esse lapsum trium annorum, antequam ad privationem in totum procedatur. Nam in primo amittit non residens dimidiam partem, in secundo omnes fructus, in tertio privatur Titulo; & ita rescriptum fuit plurimis Episcopis. Unde postquam juxta Concilium Canonicus absens, fuit privatus pro primo anno medietate fructuum, & pro secundo anno omnibus fructibus; si sine legitimo impedimento sit adhuc contumaciter absens, debet juxta Sacrorum Canonum Constitutiones, si sciatur ubi existit, personaliter moneri, seu citari, ut redeat ad residendum in termino congruo Episcopi sibi præfigendo sub pæna privationis, nisi resipiscat; si vero ignoraret ubi existat, tunc trinæ citationis Edicto in valvis Ecclesiæ Beneficii affigendo, debet vocari, seu citari, atque post ultimam citationem per sex menses expectari. Quibus elapsis, si sine legitimo probato impedimento Canonicus residere contempserit, non amplius privandus est fructibus, sed Beneficio est omnino spoliandus juxta formam præscriptam, quam Concilium non immutavit, immo expresse præservavit, idest Beneficio priventur ad eum modum, quo Sacri Canones præscribunt. Pænæ Canonicorum non residentium possunt infligi etiam contra Canonicos Coadjutores cum futura successione, & ideo monendi sunt ad residendum sub pæna privationis. Pænas autem contra Canonicos non residentes, non potest Episcopus remittere in totum; bene tamen ante sententiam minuere, vel augere.

Canonici si in novem mensibus anni absque legitima causa a residentia notabiliter absint, ultra supradictas pænas, incurrunt etiam secundum multos culpam mortalem, & ratio est, quia Canonici sub gravissimis pænis, & sub districto obedientiæ præcepto adstringuntur ad assistentiam Chori. Nec excusantur a culpa mortali, quamvis velint quotidianas distributiones amittere.

Dan-

Dantur tamen aliquæ legitimæ causæ omnino excusantes a continua residentia; & istæ generatim loquendo sunt quatuor, scilicet Christiana Charitas, urgens Necessitas, debita Obedientia, & evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ Utilitas. Ad primam causam Christianæ Charitatis seu pietatis pertinet, si Canonicus a loco Beneficii seu Canonicatus discadat causa juvandi proximum auxilio indigentem, V. G. ad dirimendas lites, aut sedenda odia, quæ inter quosdam sint suborta, & hujusmodi. Ad secundam causam *urgentis Necessitatis* pertinet, si Canonicus absit propter aeris intemperiem, vel corporis infirmitatem, vel ad effugiendam Tyranni persecutionem, seu devitandas capitalea inimicitias contra ejus personam subortas, vel ad prosequendam litem super Juribus Canonicatus; aut ob piam peregrinationem, seu similem honestam causam, impetrata tamen licentia Prælati. Ad tertiam causam debitæ Obedientiæ pertinet, si Canonicus absit a residentia de mandato Papæ, ut in Apostolicæ Sedis servitio occupetur; Occupatus enim servitio Papæ, habetur pro residente in propria Ecclesia, cum serviat Ecclesiæ universali. Ad quartam causam evidentis Ecclesiæ, vel Reipublicæ Utilitatis pertinet, si Canonicus absit ob negotium, & servitium Ecclesiæ, vel causa adeundi Synodum Generalem, seu Provincialem, aut Diœcesanam, vel causa studiorum: Totius enim Ecclesiæ universalis permaxime interest ad sui regimen, & servitium viros habere Litteratos. Et permittitur Beneficiaris, ut quinquennio Theologiæ studere, eandem vero quamdiu voluerint docere absentes possint sine redituum privatione. Speciatim etiam conceditur, ut duo Canonici possint ab Episcopo assumi sive ex Cathedrali, sive ex Collegiata. Canonici ex justa causa absentes non tenentur relinquere Substitutum, ac per hunc interim deservire, non obstante immemorabili consuetudine.

Canonici tenentur recitare Officium in Choro, nec ipsis potest Episcopus concedere, ut officient in Sacristia. Potest tamen aliquando ex causa, veluti ob frigus, extra Chorum arbitrio Episcopi recitari Divinum Officium in diebus Ferialibus; in diebus vero Festivis omnino recitandum est in Choro. Permittitur vero, ut Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus Ferialibus Matutinum in Sacristia. In Choro non est a Canonicis incohandum officium statim signo dato, sed elapsa tertia parte horæ. Et dato ipso signo debent Canonici in Choro Officium inchoare non expectato Vicario. Canonici sub onere, & obligatione restitutionis fructuum tenentur psallere, seu canere in Choro cum aliis, & non satisfaciunt, si solum assistant, & intersint Horis, & per Capellanos, & alios Beneficiarios psallant, ipsi vero, vel ibi, vel Domi privatim recitent Horas, quia institutio Canonicatuum est, non ut adsint tantum in Choro, sed ut canendo assistant, & ob id eis dantur Distributiones. Canonici ex decentia debent alta voce cantare in Choro, & Episcopus potest illos ad hoc hortari, sed non cogere. Canonici non tenentur ad harmoniacam modulationem cantus figurati, sed satisfaciunt in magnis Festivitatibus, in quibus Ecclesia eo cantu utitur, assistendo cum debita attentione Cantoribus. Canonici quamvis pauci sint, puta duo, vel tres, tenentur canere, seu recitare Officium in Choro, alias possunt ab ordinariis Distributionibus punctatura privari.

Canonici non possunt exire a Choro, nisi petita venia Archidiacono, sive Præsidenti per salutationem sub pœna punctationis. Canonici confabulantes in Choro sunt punctandi, & privandi Distributionibus tamquam absentes. Canonici, & Dignitates non debent in Choro habere stratum, sive tapetum. Canonici in Choro, vel Ecclesia Divinis Officiis interessentes sine Habitu Canonicali, & Superpelliceo, debent punctari. Canonici non debent permittere, ut Laici, dum Divina celebrantur, stent, vel sedeant in Choro. Canonicus Junior in Choro, juxta consuetudinem Ecclesiæ debet supplere vices Hebdomadarii absentis, vel impediti, & non Coadjutor, licet sedeat post ultimum Canonicum.

Canonici tenentur quotidie ad canendam Mis-

sam Conventualem; adesse enim in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis obligationem cantandi quotidie Missam Conventualem, tradunt communiter Doctores, uti Abbas, Joan. Andr. Fagnan. & cæteri Canonistæ, idque sub mortali, quia est de materia gravi, & quæ omnium plurimum confert ad Divinum cultum, cui maxime detraheretur, immo plusquam si non celebrarentur Horæ Canonicæ, cum major sit cultus Sacrificii, quam Horarum Canonicarum; stante autem gravitate materiæ consurgit gravis obligatio. Canonici pro Missa Conventuali, quam quotidie celebrare, & Sacrificium pro Benefactoribus, & Fundatoribus applicare tenentur; nullatenus possunt aliam eleemosynam recipere, non obstante contraria consuetudine, nec tenuitate reddituum. Proj hujusmodi Missa Conventuali debetur Canonicis Distributio ex Massa communi.

Canonicus Missam celebrans in Ecclesia, vel ex devotione, vel ex obligatione, tempore, quo cantatur una hora in Choro, non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest, nisi in illa hora ad celebrandam Missam ab eo, ad quem pertinet, compulsus, & jussus fuerit. Canonici Missam celebrantes coram Episcopo, non debent sedere in Sede cum postergali, sed in scamno oblongo, tapeto, vel panno cooperto, in latere Epistolæ. Canonici, & Dignitates tenentur per seipsos Divina Officia obire, nec non Missas majores canere illis diebus, quibus ad eas decantandas obligati sunt. Canonici, & Dignitates in decantatione Missæ, Evangelii, Epistolæ, & in functione similium debent per seipsos subire, & exercere munera incumbentia, & annexa. Quod si aliqui legitimo impedimento detenti, ea per se ipsos adimplere non potuerint, tunc alios, ejusdem tamen ordinis, & gradus, non autem inferioris, Dignitates nempe alias Dignitates, Canonici alios Canonicos, & Portionarii respective Portionarios in sua quaque Hebdomada, ne graduum, & Ordinum prærogativæ confundantur, deputare debebunt. Missas Pontificales celebrare, absente Episcopo, pertinet ad primam Dignitatem, vel ad antiquiorem Canonicum, non autem ad Canonicum hebdomadarium. Si vero sit consuetudo immemorabilis quod ad Canonicum hebdomadarium, vel Archipresbyterum, licet non sit prima Dignitas, vel ad aliam Dignitatem hujusmodi functiones spectent, servanda est consuetudo, quæ non tollitur per Cæremoniale. Canonico solemniter celebranti, pro Diacono, & Subdiacono inservire debent pariter Canonici, non obstante immemorabili contraria consuetudine, quæ potius est abusus, & corruptela.

De servitio, quod Canonici præstare debent Choro, tum de aliis, consule Summum Pontificem Benedict. XIV, d. Instit. Eccl. 107, a §. 1 ad finem.



QU. XXIV.

Quænam est Scholastici Dignitas & Officium?

§. I. Nihil in Ecclesia antiquius, quam Scholastici dignitas, & officium. Nam in Antiochena Ecclesia, quæ Ecclesiarum omnium antiquissima, (Vid. sup. Lib. II, Qu. III, §. 4, & Lib. IV, Qu. II, §. 3.) statim ac Episcopalis sedes erecta, etiam Scholæ Cathedra constituta fuit. Illa Evodio, hæc Ignatio tradita; nec prius Ignatius in Evodii sedem suffectus, quam Hero in Ignatii locum substitutus. Herone itidem ad Episcopatum evecto, Scholæ munus datum est Cornelio, qui, cum Episcopales habenas cœpisset, gymnasii curam reliquit Eroti. Hic quoque summum Sacerdotium adeptus docendi provinciæ præfecit Theophilum, cujus præceptiones, atque doctrinæ prædicantur ab Eusebio H. E. Lib. XXIV, atque ab Hieronymo in Catalog. Scriptor. Eccles. (a). Cum etiam Theophilus in Episcopale fastigium provectus fuisset, Scholæ regimen obtinuit Maniminus, qui Episcopus factus Doctoris partes mandavit Serapioni, cujus Scholas Eusebius, & Hieronymus (b) in suos libros contulerunt. Vides hinc Scholasticorum (c) officium vetustissimum esse

(a) Hieronym. in Catal. Script. Eccl. *Theophilus sub Imperatore M. Aurelio Vero librum contra Marcionem composuit, qui usque hodie exstat. Feruntur & ejus ad Autolycum tria volumina, & contra hæresim Hermogenis liber unus, & alii breves elegantesque tractatus ad ædificationem ecclesiæ pertinentes. Leguntur sub eodem nomine in Evangelium & Proverbia commentarii, qui mihi cum superiorum elegantia non videntur convenire.*

(b) Hieronym. ibid. Serapion scripsit epistolam ad Carinum & Pontium de hæresi Montani, in qua hæc addit: *Ut autem sciatis falsi hujus dogmatis, id est novæ prophetiæ, ab omni mundo insaniam reprobari, misi vobis Apollinaris Beatissimi, qui in Hierapoli Asiæ episcopus, litteras; ad Domnum quoque, qui persequutionis tempore ad Judæos declinaverat, volumen composuit, & alium de Evangelio quod sub Petri nomine fertur, librum ad Rhosensem Ciliciæ ecclesiam, quæ in hæresim ejus lectione diverterat. Leguntur & sparsim ejus breves epistolæ auctoris sui ἀσκήσει & vitæ congruentes.*

(c) Mystagogum, & Archipericiten vocaverunt quondam Antiocheni catechistam, ut Cave, aliique animadverterunt. Præter quam quod Cyrilli Hierosolym. catechesium genus utrumque satis argumento est ad cognoscendum, quo nomine Palæstini soliti præceptorem, institutoremque appellare suum. Floruisse porro Antiochenam scholam a prima usque Ecclesiæ ætate, ostendunt, quæ de Menandro leguntur: nimirum sparsisse errores suos inter Christianos Antiochenos, oppositamque Apostolicæ scholam fundasse. *V. Theodoret. l. I, & Coteler. de PP. Apostolic.* Quid? quod Malchion, quem pe-

esse, tantoque in honore habitum, ut parum ab Episcopatu abesse videretur, cum qui Gymnasiarcha, postea Episcopus, quique Episcopus, antea Gymnasiarcha extiterit (*d*).

§. II. Quid Alexandrinæ Ecclesiæ Schola? Hujus primordia ab ipsis Marci Evangelistæ temporibus arcessit S. Hieronymus loc. cit. *Pantenus Stoicæ sectæ Philosophus juxta quamdam veterem in Alexandria consuetudinem, ubi a S. MARCO EVANGELISTA semper Ecclesiastici fuere Doctores*. Et Eusebius H. E. Lib. V, cap. 10. *Per idem temporis Fidelium scholæ præerat vir doctrina celeberrimus Pantanus, quippe jam inde A PRISCIS TEMPORIBUS sacrarum litterarum schola in ea civitate fuerat instituta, quæ quidem nostra adhuc ætate perseverat*. Quanta autem Alexandrinorum Scholasticorum dignitas esset,

---

peram Cave more suo Sophistam vocat, quem Mystagogum dicere debuisset, aut Archipericiten Ecclesiæ Antiochenæ, suscepit princeps contra Samosatenum disputationem, unde PP. Orientales *in Concil. Antioch.* usi eodem sunt, periude ac Gymnasiarcho, & Theologo. Lucianum itidem fuisse scholæ doctorem ejusdem, tametsi dicere ego non ausim, sunt tamen qui id asserunt confidenter. *V. Anton.* Hinc divisio creditur a publicis lectionibus Evangeliorum in capita derivata. V. Croi. p. 1, c. 4.

(d) Nisibi etiam in Patriarchatu Antiocheno extructas Christianas scholas fuisse fidem faciunt hæc Jumilii verba, *in epistola ad Primasium Africæ Antistitem*. Quærebat enim vero Primasius, *Si quis esset inter græcos, qui divinorum librorum studio, intelligentiaque flagraret. Ad hæc ego respondi, vidisse me quemdam, Paullum nomine, Persam genere, qui in Syriorum scholam, in Nisibi Urbe est edoctus, ubi divina lex per magistros publicos, sicut apud nos in mundanis studiis, grammatica, & rhetorica ordine, ac regulariter traditur*.

Cladem porro Antiochenam accidisse putamus anno V. Æ. 526, proinde U. C. 1279, P. J. 5239, *Jul.* 571, *Justiniani* I, IX, *Sol.* III, *Lun.* 14, *Indict.* 4, *Epact.* 10, *Epact. Sol.* 4, P. 19, *April.* idque putamus auctore Marcellino, qui *Consule Olybria*, ait, *totam Antiochiam Syriæ civitatem repente inter prandendum terræmotum invasisse*. Baronius deceptus forte ab Evagrio calamitatem in annum præcedentem transtulit, *Coss. Philoseno, & Probo*. Subsequutus est ignis vorans quæ terræmotu consumpta non fuerant. *Occiduam urbis, magnamque ejus partem sinistris mox ventis undique flantibus, flammasque coquinarum pro tempore æstuantes ruentia in ædificia miscentibus duplex, torridumque excidium importavit*. Trecenta hominum millia eo motu periisse, dicuntur. *Euphrasium quoque*, pergit idem Marcellinus, *totius Urbis Episcopum, adempto ejus capite, combusto simul obruit sepulcro, obelisco Circi inverso, & humi defosso &c.*

Si qua vero conjecturæ venia datur, mihi probabile valde fit, post calamitatem Antiochiæ maximam, Nisibim Antiochenam scholam traductam, quando etiam hæc Urbs vocari cœpit Antiochia. *V. Glossar. Geograph.*

Labente Sæculo III, in Patriarchatu Antiocheno celebris schola erat etiam Edessæ, cujus Præses Macarius Luciani martyris præceptor fuit, ejusque successores rectæ fidei tenaces fuerunt ad tempus usque Zenonis Imper. quo Nestoriana lue labefactari cœpit. In Ecclesiæ Edessenæ laudem maximam cedit, quod sæculo quarto medio Julianus Augustus Apostata ad bellum Persicum pergens, Edessa consulto declinavit, quod tota Christiana esset.

De Edessena schola illud etiam memoriæ proditum est, ex ea Nestorianam labem ad Imperii Parthici regiones manasse eo tempore, quo Zeno Imperator eam dissolvi jussit, quod viris ea lue infectis constaret. Hi mu-

ſet, vel ex eo intelligimus, quod in illorum enumeratione, ac commemoratione omni ſtudio, curaque verſati ſint Eccleſiaſticarum rerum ſcriptores, unoſque Scholaſticos, & Epiſcopos dignos exiſtimarint, quorum nomina, ac continuata ſucceſſio ad ſempiternam memoriam temporis propagarentur. Habe igitur Alexandrinorum Gymnaſiarchorum ſeriem (e), quam in ſua Chriſtiana Hiſtoria texuit Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconus, Joanni Chryſoſtomo ſummus, Rhodonis Scholaſtici Alexandrini diſcipulus Philippus Sidenſis. Initium is ducit ab Athenagora, qui ad Marcum Antoninum Verum, & Lucium Aurelium Verum Fratres Auguſtos pro Chriſtianis legationem obiit. Hic ſucceſſorem habuit diſcipulum ſuum Clementem, Clemens vero Pantænum (f). Pantæno ſucceſſit Origenes (g),

---

mutare ſedes coacti in Perſarum ditiones vicinas fugientes, amice, favente rege Romanorum hoſte, ab epiſcopis ſuſcepti ſunt. Quum enim in Romani Imperii provinciis Orientem verſus poſitis, Zenone primum, tum deinde Anaſtaſio Impp. Neſtorii odio, contrarius error in dies adeo invaleſceret, ut ipſi quoque orthodoxæ doctrinæ tenaces, tanquam Neſtoriani ſuis ſedibus expellerentur, Edeſſeni illi doctores incautos Perſidis Chriſtianos facili negotio perſuaſerunt, ut doctrinam, quæ alteri iſti e diametro oppoſita videbatur, admitterent, ac ſi alia ratione vitari non poſſet, quin Chriſtus Dominus ipſa quoque Deitate paſſus crederetur. Transfugæ igitur illi, ut erant eruditionis fama inſignes, benigne quoque & multo honore a rege Perſarum excepti, brevi poſtea epiſcopalibus ſedibus impoſiti ſunt, unde Neſtorianæ perfidiæ majores vires acceſſerunt.

Præcipui illi gymnaſii Edeſſeni doctores, qui Neſtoriana impietate Chaldæorum eccleſiam fœdaverunt, fuerunt, Simeone Beth-Arſamenſi teſte, Acacius Syrus, Barſumas Maræ Carduenſis ſervus, Maanes Hardaſcitenſis, Abſotas Ninivita, Joannes Garmachita, Michæas cognomento Dagon, Paulus Cachæi, Abraham Medus, Narſes Garbana ſive leproſus, Phuſes Curtæi, Ezelias monaſterii Caphar-Maris aſceta; quos Ibæ Edeſſeni diſcipulos fuiſſe Simeon ait. Nam Neſtorianam Edeſſæ ſcholam ab Iba urbis epiſcopo inſtitutam fuiſſe Jacobitæ tradunt, & quamlibet Rabbulas Ibæ deceſſor veram fidem illic ſtabilire omni ſtudio contendiſſet, Marim Taalenſem illius diſcipulum, genere Perſam ex urbe Hardaſcit, magiſtrum illis erroris fuiſſe.

Præ reliquis vero Barſumas ille, quem ſecundum nominavi, Chaldæorum eccleſiæ exitio fuit, qua auctoritate apud Pherozem regem valebat, cujus benevolentiam artibus ſuis captaverat, Acacio & Babuæo Catholicis auſibus ejus nequidquam obſiſtere conantibus.

(e) Magiſtrum Alexandrini Gymnaſii Chriſtianum, etiam a Chriſtianis, dictum olim fuiſſe *ſcholaſticum*, ſciunt omnes, qui rerum Alexandrinæ Eccleſiæ antiquarum aliquid ſciunt. *Gnoſticus* ſiquidem Alexandrini Clementis ſcholaſticus eſt homo, quem & magiſtrum aliquando vocat, & catechiſtam, *V. Pedag. l. I, & III, ac Stromat. l. V, & VII*. Sic Origenis *Sophos & Polyſtoras* boni interpretes ſcholaſticos tranſtulere. *V. Origenian. Huet.* Mitto Zachariam ſcholaſticum, qui Ammonii de Mundi æternitate refellit errorem, cujus præclarum dialogum, non diu eſt, lingua vulgari pereleganter Vir Clarus Joannes Antonius Vulpius, in Patavino Gymnaſio utriuſque humanitatis græcæ, ac latinæ P. P. interpretatus eſt. Mitto Serapionem Epiſcopum a PP. Alexandrinis, paſſimque a græcis ſcholaſticum nuncupatum. *V. Catal. Viror. Illuſtr. Hieronym.*

(f) Pantænum Siculum clariſſimus Tillemontius putat, qui ab ipſo Clemente *Sicula apis* dictus cenſetur, Σικελικὴ τῷ ὄντι ἡ μέλιττα, *quæ ex prophetico & Apoſtolico prato flores delibaret*: niſi Clemens ejus doctrinæ

(*g*), Origeni Heraclas, Heraclæ Dionysius (*h*). Post Dionysium Alexandrinæ scholæ præfuit Pierius (*i*), deinde (*k*) Theognostus, tum Serapion. Hunc excepere Petrus Martyrii palma nobilis, postea Macarius cognomento Politicus, exin Didymus, tandem Rodon, qui Theodosio Magno rerum potiente scholæ suæ sedem, ac domicilium in Sidensem urbem transtulit, ubi Auditorem habuit Philippum hunc Christianæ Historiæ (*l*) scriptorem.

§. III. Sed in Constantinopolitanam scholam pedem inferamus; hujusque Gymnasiarchæ cathedram intueamur. Huc quam honorifico, editoque in honoris loco positus is est! Quanta doctorum caterva stipatus! Ut ipsius Patriarchæ majestatem, amplitudinemque studet æmulari! Ut æquis illum passibus sequitur! Ut quo gradu ille ad *Œcumenici* Patriarchæ nomen, eodem & hic ad *Œcumenici* Doctoris titulum obrepere conatur! Nihil dico, quod non Cedrenus (*m*), non Constantinus Manasses (*n*), non Zonaras te-

---

næ suavitatem melli Siculo similem fuisse solummodo significet. Plinius optima mella esse ait *Atticæ regionis & Siculæ Hymetto & Hybla ab locis*. Pantænus non Pythagoricæ sectæ censetur Hieronymo, sed Stoicæ.

Ex Eusebio discimus Pantænum quum Alexandriæ doceret, ad Indos Christiana religione imbuendos profectum esse, immo a Demetrio Alexandrino Episcopo missum fuisse: atque post reditum suum quum Clemens ejus loco doceret, scholæ iterum præfuisse, eoque defuncto, Clementem solum docendi munere functum esse. Cui successit Origenes, sed quum aliquandiu schola vacasset; quod innuit his verbis: *Quum nemo Alexandriæ superesset, qui tradendis fidei nostræ rudimentis operam daret, cunctis ob persequutionis metum pulsis & fugientibus, quidam ex gentilibus ipsum* (Origenem) *scholæ vacantem atque affixum, ut de se alicubi scribit, adierunt, verbum Dei ex eo audituri.*

(g) Eusebio teste, Origenes, divisa auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus suis, virum rerum divinarum studiosum, & alioqui doctissimum, nec expertem Philosophiæ, in dicendo socium sibi adjunxit, cui institutionem dedit eorum, qui primis rudimentis imbuerentur, sibi vero perfectiores docendos reservavit. Postquam vero Origenes Alexandria Cæsaream secessit, solus Heraclas scholam catechisticam tenuit.

(h) Hieronym. in catal. scriptorum ecclesiasticorum. *Dionysius* inquit, *Origenis valde insignis auditor, scholam* κατηχήσεων *presbyter tenuit.*

(i) Hieronym. ex Eusebio: *Pierius Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, sub Caro & Diocletiano principibus, eo tempore quo eamdem Ecclesiam Theonas Episcopus regebat, florentissime docuit populos, & in tantam sermonis, diversorumque tractatuum, qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur.*

(k) Achillam Philippus omisit, cujus tamen Eusebius meminit: *Sub quo* (Theona) *Achillas*, inquit, *eodem quo Pierius tempore presbyterii honore decoratus, Alexandriæ claruit, cui etiam sacræ fidei schola commissa est.* Theodoretus Ario hæretico sacrarum litterarum interpretationem fuisse creditam ait, cui proinde Macarius successerit, ut Macario Didymus.

(l) Hujusce Historiæ meminit Photius in Biblioth. Cod. 36, eamque ab Auctore ad illud tempus continuatam esse ait, quo Sisannius Bisantinæ Ecclesiæ præfectus fuit.

(m) Cedrenus. Apud Regiam Cisternam Palatium erat venerabile, in quo juxta antiquam formam *Œcumenicus* Magister sedebat duodecim habens discipulos conditione, & vita graves. Hi cum omnem dicendi scientiam celeritate, & amplitudine ingenii percepissent, Ecclesiasticam divinarum rerum sapientiam acri studio tractabant. Absque horum consilio quidquam agi ipsis quoque Imperatoribus nefas putabatur.

(n) Constantinus Manasses in Chronico pag.

testimonio suo confirment. Audi Zonaram Lib. XV, §. 3. *Domus erat in Basilica proxime forum ærarium Regia, in qua Codices multi humanæ, generosiorisque, & divinæ sapientiæ asservabantur, a pristinis temporibus illi ad habitandum attributa qui eruditione omnibus præcellebat,* ὃν οἰκουμενικὸν ἐκάλουν διδάσκαλον, *quem* ŒCUMENICUM *Doctorem appellabant. Hic duodecim alios contubernales habebat eximiæ eruditionis, quibus publicus victus præbebatur. Ad eos proinde, quicumque disciplinæ, & scientiæ avidi essent, accedebant, eosque non solum Patriarchæ, sed etiam Imperatores in consilia cohibebant* (o).

§. IV.

---

pag. 87, ait, in iis ædibus confertissimam fuisse bibliothecam, in qua triginta sex millia voluminum asservarentur. Doctorem vero illum *Œcumenicum* cum Sole comparare non dubitat, ejusque socios cum duodecim Zodiaci signis. Cæterum tres isti rerum Byzantinarum scriptores narrant, eo tempore quo Leo Isaurus imagines sacras frangebat, *Œcumenicum Doctorem*, qui ejus hæresi refragaretur, cum duodecim sociis, universisque illa librorum supellectile, ignibus absumtum esse. Quamquam sequiori ævo Collegium illud *Œcumenici* Doctoris instauratum videtur. Nam continuator ille Historiarum Constantini Porphyrogenneti in *Theophilo*, versuum quorumdam meminit, qui ab Œcumenico Doctore, cui nomen Ignatio esset, conditi fuerant: Οἱ κατὰ τὸν τῶ Ξίγμα τῶ ἰδίου ἐξηολαθθέντες τῶ Οἰκουμενικοῦ διδάσκαλου, Ιγνάτιος οὗτος ἐκαλεῖτο, τὸν χάνουσι. An quidem Ignatius iste Leone Isauro posterior fuerit, assequi non possum: verum sæculo duodecimo, Joanne Comneno Imperatore, Nicetes Nicomediensis metropolita, quicum Anselmus Havelbergensis colloquium habuit, ipsomet Anselmo teste, *Œcumenicus Doctor erat*, quandoquidem *ipse inter duodecim electos Didascalos, qui studiis Græcorum ex more solent præesse, tunc temporis fuerat præcipuus*. Non male doctissimus Cangius ex illo Codini loco, quo Collegium *Doctoris Œcumenici* a Leone Isauro exstinctum esse post annos centum & quadraginta ab ejus institutione narratur, Mauritium Imp. ejus erigendi auctorem fuisse intulit, cujus nempe ætate Joannes Jejunator universi Orbis patriarchatum deditiore studio & opere sibi arrogabat.

(o) Abs re non erit hic ea etiam referre, quæ de Scholasticis Armenorum scribit Galanus pag. 453. *Magisterium adeo supremæ apud Armenos dignitatis est & reverentiæ, ut ipsi quoque præferatur episcopatui; nec aliis nisi paucissimis e sapientioribus Monachis, & tanto cæremoniarum, divinarumque precum ritu confertur, ut ab ineauto populo vere sacramentalis Ordo, quin aliorum omnium supremus credatur; utpote qui, ut ipsi dicunt, Christi Domini personam, qui Rabbi, hoc est Magister appellabatur, præ se fert. Magistris istis qui Armenice nuncupantur Vartabied, licet (quod alioqui esse deberet episcoporum) fidei dogmata approbare, concionari in Ecclesiis, in populi caussis judicium exercere, lites dirimere, & similia. Quare suos episcopos, qui sunt ut plurimum indoctissimi, non pene, nisi ad solos sacros Ordines conferendos, adhibent. Novum in Ecclesia, quum Paulus ad Titum dicat, Oportet &c.* Subdit tamen Galanus: *Hinc porro nolim arbitreris, me flagitii vim ullam dilectis fratribus meis Armenis Magistris improperare; absit. Supplent enim ipsi Episcoporum defectus, Christianitatem, quæcumque illa sit, in populo suo sub durissimo Paganorum jugo fatiscentem confoventes. Illud autem innuere contendo, facile Armenos hujc posse abusui prospicere, si, uti Catholica solet Ecclesia, solos Magistros seu Doctores ad Episcopalem dignitatem proveherent.*

Magistrorum illorum apud Armenos auctoritas non recens invecta est. Nam ejus frequens est mentio in *Narratione de rebus Armeniæ*. Legitur primum Bartam Principem qui ex Armenia, occiso Suriene Persa, Constantinopolim anno 40, Chosrois & 30 Justiniani confugerat, Imperatoris com-

§. IV. Venio ad Ecclesiam Romanam, quæ Christianarum omnium gentium Magistra habita semper fuit, & nunc habetur, & est. Equis in re Christiana adeo hospes est, ut nesciat Pudentis ædes jam inde a Petri & Pauli temporibus non solum divini cultus, sed etiam sacrarum litterarum ac doctrinarum sedem fuisse, ac Domicilium? Quis ignorat S. Clementem, antequam Romanæ Ecclesiæ clavo admoveretur, ad Romanæ scholæ gubernaculum sedisse? Quem latet, Sanctum Alexandrum, priusquam Pontificiam dignitatem iniret, Pontificio Gymnasio præsedisse? Quod si post Hygini tempora Romanorum Pontificum series nutat, nec recto semper incedit talo, id oritur ex eo, quod qui res Ecclesiasticas scripsere, scholarum Præpositos ab Ecclesiarum Præpositis non satis distinxerint. Constat enim ex Monit. R. E. ad Novatian. *Viduatæ Ecclesiæ Principatum Presbytero DOCTORI fuisse delatum*. Quamobrem magnopere fallitur Rufinus, qui Ecclesiam Romanam priscis temporibus utpote nulla errorum macula fœdatam Gymnasiarchis caruisse putat, merito proinde castigatus a Baronio, qui ad an. 335 ostendit, *Romæ antiquitus etiam extitisse, qui in Scholis publicis sacras litteras profiterentur*. Quid? quod non solum Romanam, sed alias etiam Occidentales Ecclesias Sacrarum Musarum altrices perhibent Hygini Summi Pontificis dicta, & S. Callixti I effata, & Leonis Magni epistolæ. (Vide Blanchin. in Vit. Hygin. & Fronton. de Canon. Cardinal.)

Hæret infixa omnium mentibus, hærebitque acerbissima illorum temporum recordatio, cum Septemtrionalium barbarorum colluvies, & fatalis quædam calamitas bonis artibus scientiisque horrorem inflixerat, atque omnem prope doctrinarum lucem extinxerat. Actum jam, conclamatumque erat de litteraria Republica, nisi Ecclesia Asyllum, perfugiumque illis præbuisset, pulsasque undique litteras, extorres, ac profugas in suam fidem necessitudinemque recepisset; ita ut litterati quicumque erant, Clerici appellarentur. (Vid. Ducange in Glossar. med. & infim. latinitat. V. Clerici) Quod si vero in nonnullis Episcopalibus Ecclesiis studia aliquando refrixerunt, scholæ conticuerunt, statim Concilia, & Pontifices cura intentissima egerunt, ut studia ibi instaurarentur, ac scholæ ad pristinæ fortunæ spem reviviscerent; edixeruntque, ne ulli Cathedrali, Collegiatæque Ecclesiæ suus deesset Scholasticus, qui pro suo munere haberet (p) videre, ne ex Magistrorum inscitia, aut desidia aliquid

communionem illic evitasse, quum diceret se non *habere mandatum a Magistris suis ut cum Byzantinis communicaret*; οὐκ ἔχω ἐντολὴν ἐκ τῶν διδασκάλων [illegible]. Rursum Esdra Catholico sedente magnam synodum *omnium Episcoporum & Doctorum majoris Armeniæ* ab Heraclio coactam esse, σύνοδον γενέσθαι πάντων ἐπισκόπων καὶ διδασκάλων τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Itemque Nersesem Catholicum Esdræ successorem conventum habuisse *Episcoporum, Magistrorum & Azatorum*, πολλῶν ἐπισκόπων καὶ διδασκάλων, καὶ Ἀζατῶν. Azates, quorum frequens est mentio in illa Narratione, presbyteros fuisse puto, vel Monasteriorum præfectos.

(p) Munera Scholastici hæc fuerunt. Primo, ut ipsemet humaniora studia eo tempore

quid detrimenti caperent litteræ Ecclesiasticæ. Huic rei magnum incrementum attulerunt Tridentini Patres Sess. XXIII, cap. 18, de Reform. cum sanxere, neminem ad Scholasteriæ munus deligendum, nisi qui emeritis stipendiis in publica Academia sude donatus sit; maximo autem cumulo eam auxere, cum Seminaria ad juventutem (*q*) Ecclesiasticis disciplinis erudiendam passim institui curarunt.

QU. XXV.

pore maxime traderet, quo adhuc in *vita communi* canonici persistebant, & plures alii *clerici juniores* adsciscerentur: cum quodam imperio præesset *scholasticis minoribus* & scholis, easque sedulo visitaret: pie elaboraret, quo veritas religionis, cæremoniarum usus & litterarum studia vigerent: examinibus emancipandorum & promovendorum interesset: quæ litteris mandanda essent, curaret, formulasque traderet: denique juniorum canonicorum, quos *domicellos* vocabant, curam gereret, caveretque, ut optimis artibus moribusque instituerentur.

(q) De exordio, & progressu Seminariorum, ac de optima eorum regiminis ratione Vide Joannem de Joanne in Historia Seminariorum Clericalium. Consule etiam Benedictum XIV de Syn. Diœces. Lib. V, cap. XI.

QU. XXV.

Quænam est Canonici Theologi dignitas, & officium?

§. I. QUI se Protestantes ferunt, quemlibet de populo, ipsos etiam mediastinos, atque femellas optimas sacrarum litterarum Interpretes perhibent, atque Magistros. Ita si est, operam luserunt Concilii Lateranensis Patres, (c. 4, de Magistris) cum singulas Metropolitanas Ecclesias sapientissimo viro, Theologicis artibus, divinarumque rerum scientiis instructissimo, atque ornatissimo auctas voluerunt, qui pro suggesto sacras litteras interpretaretur, quæque in iis obscura (a) sunt, evel-

(a) Plusieurs savans Anglois se sont atachés à prouver qu'il est ridicule de vouloir prendre toujours les passages de nos Livres saints à la lettre. Ils observent, 1 qu'il y a dans ces Livres de la prose & de la poësie, de l'histoire, des prophéties, & des leçons de morale; que les Poëtes & les Orateurs grossissent les objets & en chargent la peinture; que souvent les Ecrivains sacrés parlent le langage vulgaire, & s'accommodent aux idées du peuple, sans les adopter. 2 Si l'on s'atachoit à la précision philosophique, il seroit ridicule de dire que du coeur sortent les mauvaises pensées, que Dieu sonde, éclaire, échaufe, tourne les coeurs, &c. Ce sont là des images empruntées des corps pour exprimer les choses spiritueles, & ces expressions ne peuvent être vraies dans la rigueur des termes. De ce que Dieu exerce un empire absolu sur nous, il ne s'ensuit pas qu'il nous gouverne comme des machines. 3 Souvent l'*Ecriture* fait allusion aux rites, aux usages, aux moeurs des anciens peuples, que nous ne connoissons présque plus; cela doit nécessairement y jeter beaucoup d'obscurité pour nous.

L'un d'entr'eux soutient qu'aucun livre ne peut nous servir de regle dans toutes les circonstances; il cite Flaccius Illyricus, qui a donné cinquante & une raisons de l'obscurité de l'*Ecriture*. Les écrits des Prophetes, dit-il, & des Apôtres, sont remplis de tropes, de métaphores, de types, d'allégories, de paraboles, d'expressions obscures; ils sont autant & plus inintelligibiles que les écrits des anciens Auteurs profanes. Il se mocque de Daillé, qui dans son livre, *de l'usage des Peres*, à voulu infatuer le peuple de la prétendue clarté de l'*Ecriture*. Bayle lui-même soutient qu'il est impossible aux ignorans, & même aux savans, de s'assurer jamais, avec une pleine certitude, du vrai sens des Livres saints. Il observe que la prétendue grâce du Saint-Esprit, dont les Protestans se flatent, n'augmente point l'esprit, la mémoire, la pénétration naturelle; qu'elle ne nous aprend ni l'hébreu, ni le grec, ni les regles du raisonement, ni les solutions des sophismes, ni les faits historiques; il faudroit, dit-il, une grâce semblable au don miraculeux de prophétie: s'en flater, c'est doner dans le Quakérisme & l'enthousiasme. Enfin, l'on prétend que Luther, à l'article de la mort, déclara que persone ne doit se flater d'entendre les saintes Lettres, à moins qu'il n'ait gouverné les Eglises pendant cent ans avec des Prophetes tels qu'Elie, Elisée, Jean-Baptiste, Jésus-Christ & les Apôtres; & que cette anecdote a été recueillie & publiée par un témoin oculai-re.

evolveret, quæque ambigua, explicaret. Tempus triverunt Tridentini Patres, cum etiam in Cathedralibus, Collegiatisque Ecclesiis Sanctorum Librorum interpreti, atque Magistro locum esse jusserunt (*b*). Quid autem sibi volunt in Ecclesiis Orientalibus illi, qui in secundo, tertio, quarto, & quinto quartæ Pentadis (Vid. sup. Qu. XXI, N. d.) loco sedent, *Doctor Evangelii*, *Doctor Apostoli*, *Doctor Psalterii*, *Doctor sacrarum paginarum*, si Evangelium, si Apostolorum Scripta, si Psalterium, si omnia denique sacrarum paginarum loca in medio posita sunt, omnia facillimos explicatus habent, omnia in perfacili cognitione versantur? Quorsum denique tot illa in Sacram Scripturam Commentaria, quæ ab ipsis etiam Protestantibus quotidie eduntur, & in Protestantium usum adornantur, si sacræ litteræ nulla egent interpretatione, si nulla in iis obscuritas, nulla difficultas est pertimescenda? Quare videant Protestantes, ut sibi minime constent, ut cum eorum factis eorum pugnet oratio.

§. II. Contra vero Catholici in ea semper sententia constiterunt, plurimos sacrarum litterarum locos plurimis esse obstructos difficultatibus, maximamque esse & in rebus ipsis obscuritatem, & in judiciis nostris infirmitatem, proindeque divina oracula iis indigere (*c*) interpretibus, qui divino spiritu instincti sunt, quique Christi promissis tuti extra omne errandi periculum, extraque omnem ingenii aleam positi sunt. Una autem Ecclesia est Sacer ille Tripus, atque Cortina, unde sacrarum litterarum

---

re. *Abrégé Chronol. de l'Hist. de France*, an. 1546.

(b) Concilium Tridentinum *sess. 5, cap. 1, de reform.* non modo Theologi officium retineri voluit in iis Ecclesiis, in quibus jam erat institutum, sed etiam addidit, quod *in Ecclesiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, si civitas insignis, vel populosa, ac etiam collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur.*

Van-Espenius part. 1, tit. 11, cap. 6, Theologum inter Dignitates recenset. Verum id vel fundationis lege, vel peculiari locorum consuetudine factum est; nam Theologum, & Pœnitentiarium merum esse officium respondit Sac. Congregatio Concilii *in Murana 12 April. 1699*, & in *Senen. Pœnitentiariæ 16 April. 1691.*

(c) D. Hume; *Hist. de la Maison de Tudor*, Tom. II, pag. 326. L'an 1543, après la naissance de la réforme en Angleterre, le Roi & le Parlement furent obligés d'interdire au peuple la lecture de la Bible, „ parce que plusieurs persones ignorantes & séditieuses ayant abusé de la „ permission qu'on leur avoit acordée de „ la lire, une grande diversité d'opinions, „ des animosités, des désordres, des schismes, avoient été causés par la perversion „ qu'elles avoient faite du sens des *Ecritures*. "

L'esprit du Clergè, num. 37. L'Evêque Bramhall, & d'autres Théologiens Anglicans disent, que „ la liberté que l'on acor- „ de indifféremment aux Protestans de lire „ la Bible, est plus préjudiciable & plus „ dangereuse, que la rigueur avec la quelle „ on défend cette lecture dans l'Eglise Ro- „ maine. "

rarum interpretationes, divinorumque oraculorum responsa petenda sunt. Ut autem ære perennius extaret monumentum, quod testaretur, Sacris Codicibus multa ac magna occultari Mysteria, opusque esse Mysteriarcha, qui eos cortices, putamina, tegumenta, atque involucra, quibus latet inclusa divina veritas, effringat, aperiat, detrahat, ac nucleis vesci doceat, sapientissimo consilio institutum fuit, ut in primariis Ecclesiis esset Exedrium Theologicum, ubi, quæ sacrarum litterarum arcana uno vulgavit Ecclesia, pluribus verbis exponantur (*d*).

QU. XXVI.

(d) Electio Theologi hodie debet fieri per concursum ex novissima dispositione Benedicti XIII, incip. *Pastoralit. Officii*.

Canonicus Theologus quadraginta saltem quotannis lectiones publice in Ecclesia habere tenetur per seipsum, vel per alios idoneos. Theologalis Præbenda debetur Doctori in Jure Canonico, non attenta Clausula assumendi infra annum gradum Magisterii in Sacra Theologia. Canonicus Theologus potest compelli, ut per se, & non per substitutum, muneri suo satisfaciat, nisi adesset legitima absentiæ caussa. Immo tenetur per seipsum, vel per alium substitutum, si diuturnum adsit impedimentum, ad lectionem Sacræ Scripturæ, licet sit senio confectus, aut Jubilatus a servitio Ecclesiæ, & quamvis nulla reperiatur facta assignatio aliorum redditauum præter fructus, & Distributiones Theologalis Præbendæ. Si tamen Canonicus Theologus sit infirmus infirmitate sanabili, non potest ab Episcopo compelli ad substituendum alium; & eo casu, quo alius substituendus sit, puta in casu absentiæ, sine legitima causa, electio substituti pertinet ad Episcopum, sumptibus Canonici Theologi munus suum non adimplentis. Et dato quod Canonicus Theologus nolit ullo modo legere, potest Episcopus illum cogere comminationibus pœnarum, sequestrationibus fructuum, & perseverante contumacia, etiam ad privationem devenire. Et ubi Episcopus procedat contra eum ad privationem, non tenetur servare temporum intervalla. Cum Præbenda Theologalis vacat, dari debet in commendam Canonico idoneo ejusdem Capituli, donec Titularis provideatur, alias poterit Episcopus applicare fructus alicui personæ extra Capitulum, quæ suppleat munus legendi. Et hæc persona extra Capitulum debet, si reperiatur idonea, eligi ex Clericis Sæcularibus. Si vero Clericus Sæcularis idoneus non reperiatur pro dicta Præbenda Theologali, & pro ejus Officio exequendo, collatio illius suspendenda est, donec inveniatur Theologus Sæcularis, cui fieri possit, & interim nullus est deputandus Custos, aut Curator fructuum ipsius Præbendæ, sed illi omnes tradendi sunt Superiori alicujus Ordinis, qui curet, ut aliquis Theologus ex suis Regularibus publice in Cathedrali Ecclesia doceat Sacram Scripturam, prout mandatur *Decreto Concilii sess. 5, de reformat. cap. 1*, atque ei in primis necessaria subministret de dictis fructibus, & quod reliquum fuerit, in usum Monasterii convertat.

Canonicus Theologus gaudet vacatione a lectione Sacræ Scripturæ in diebus, & temporibus, quibus gaudent Doctores Universitatum, scilicet a Festo S. Thomæ Apostoli usque ad diem post Epiphaniam, a Dominica Septuagesimæ ad primam Dominicam Quadragesimæ; a Dominica Palmarum ad totam Octavam Paschatis; a Festo S. Joannis Baptistæ ad diem 5. Novembris. Ita respondit Sac. Cong. Conc. in Assisien. 24 Januarii 1626, lib. 98, pag. 350. Tempus, locum, & materiam Sacræ Scripturæ, super qua legendum sit, Sacra Congregatio Concilii remittit arbitrio Ordinarii. Unde Episcopus potest statuere, ut lectiones a Canonico Theologo non in Cathedrali Ecclesia, sed in Palatio Episcopi habeantur, maxime si

in Cathedrali sit infrequens Canonici Theologi ibi legentis auditorium. Et quod Episcopus possit præscribere materiam explicandam a Theologo, censuit expresse Sac. Cong. Conc. Satisfacit tamen Concilio, si a Canonico Theologo Theologia Scholastica legatur. Non potest autem Canonicus Theologus se eximere ab explanatione Scripturæ, prætextu, quod non habeat auditores. Non tenetur tamen Canonicus Theologus legere, si ejus Antecessores numquam legerint, ex quo non adesset necessitas. Ad lectionem Sacræ Scripturæ in Cathedrali teneri accedere Canonicos, & cæteros Presbyteros ipsius Ecclesiæ Cathedralis, & posse compelli ab Episcopo decrevit S. Congregatio. Et de facto Canonici, si in Quadragesima non intersint Concioni in Cathedrali, vel sua respectiva Collegiata, privari possunt distributionibus illius diei.

Canonico Theologo die qua legit, licet Choro non intersit, debentur distributiones non solum pro illis Horis, quibus legit, ut si mane legat pro horis Matutinis, & Missa solemni, sed etiam pro tota die. Immo non solum tribuendæ sunt illi distributiones quotidianæ omnium horarum illius diei, qua legerit, sed etiam emolumenta quæcumque personaliter interessentibus dari solita, etiamsi Choro non intersit. Quamvis tamen tota die, qua legit, habeatur pro præsente in Choro, etiam quoad distributiones juxta supradicta, non censetur tamen præsens Matutino, quod dicitur pro die sequenti in Vespere præcedente secundum consuetudinem, vel privilegium aliquarum Ecclesiarum.

Quibusnam diebus lectio Theologalis habenda sit, expresse non edixit Synodus Tridentina; verum qua hora, quibusve diebus, tum super quo Sac. Scripturæ libro conficienda sit lectio, Episcopi arbitrio relictum voluit Sac. Congregatio Concilii apud Garziam *de benefic. part. 3, cap. 7, num. 155.* Multa etiam de Theologi officio habent Benedictus XIV *de Synod. Diœces. lib. 13, cap. 9, n. 17,* & Girardus *Exposit. Jur. Pontific.* par. 1, lib. 5, tit. 5, tom. 2, pag. 596, & seqq.



QU. XXVI.

Quænam est Canonici Pœnitentiarii dignitas, & officium?

§. I. Constantinopolitani Cleri Pentades, (Vid. sup. Qu. XXI, N. d.) percurrenti, singulosque magnæ illius Ecclesiæ ministros enumeranti, nullus mihi occurrit, cui Pœnitentiarii munus sit assignatum. Cave tamen existimes, nullum apud Græcos Sacramenti Pœnitentiæ usum aut viguisse olim, aut nunc vigere. Nam, uti in nostris Cathedralibus Ecclesiis, antequam Pœnitentiariorum Præbendæ instituerentur, Archipresbyteri in Sacramentis omnibus administrandis Episcoporum partes, vicesque sustinebant, ita etiam in Græcorum Ecclesiis, in quibus nemo est, qui Pœnitentiarii nomine vocetur, Protopapas ac Deutereus Pœnitentiariorum munus tegunt, atque tuentur. (Vid. sup. Qu. XXI, §. 4.)

§. II. Qui auricularem Confessionem, Sacramentalemque Absolutionem ab Græcis exulare contendunt, ne in rituales eorum libros nunquam inciderunt. Quid enim differt inter illas formulas, quibus inter Pœnitentiæ Sacramentum nostri utuntur, & illas, quas Græci usurpare communiter solent? Hasce habe ex illorum Euchologio: *Peccator Patrem Spiritualem adit, cum quo sedens peccata sua confitetur. Quibus ille auditis, si leves Pœnitentis culpas deprehenderit, nullam absolutionem confert, sed monitum ut piis quibusdam operibus se exerceat, amice remittit. Si vero lethalia crimina confessus fuerit Pœnitens, illa in Nomo-Canone juxta se posita examinat, ad Canonum rigorem discussa, pœnis quas statuunt, castigat. Tandem super Pœnitentem* (inter alias) *has preces fundit:* TU OPTIME ET VALDE MISERICORS DEUS CUNCTA QUÆ FILIUS MEUS SPIRITUALIS CONTRITO CORDE CORAM TE TENUITATI MEÆ CONFESSUS EST, IN PRÆSENTI ET IN FUTURO SÆCULO CONDONA. EGO ABSOLVO TE AB OMNIBUS PECCATIS TUIS, QUÆCUMQUE CORAM DEO, ET MEA INDIGNITATE CONFESSUS ES. (Vid. Natal. Alexand. in Sæc. XIII, & XIV, Diss. XIV, §. 21, & Martene de antiq. Eccl. ritibus Lib. I, cap. VI, Art. VII.) (*a*). Neque hæ formulæ recentioribus temporibus in Ec-

(a) Edmundus Martene Tom. I, pag. 296, ex Græcorum Euchologio. Pœnitens sublatis in cœlum manibus dicit: *Domine Pater cœli & terræ, quia tu omnia cordis mei secreta nosti.*

Mox eum suavi voce interrogat: *Frater,*

Ecclesiam Græcam invectæ, verum jam inde usque a Sæculo sexto in communi Græcorum usu versabantur, uti videre est in Pœnitentiali Joannis Jejunatoris Patriarchæ Constantinopolitani, qui anno Domini 586, in Eutychii locum suffectus, ab quo Confessariis hic Ordo præscribitur: *Sacerdos peccata confessurum sic primum instituat, & catechizet: „ Spiritualis Fili, ego Confessionem „ tuam primario, & præcipue non re„ cipio, nec tibi absolutionem conce„ do, sed per me Deus, (illius enim „ est opus ejusmodi) peccatorum tuo„ rum Confessionem suscipit, & per „ nostram vocem horum remissionem di„ spensat, & largitur, sicut per pro„ priam vocem ipse declaravit, Quæ„ cumque ligaveritis, aut solveritis „ super terram, erunt in Cœlis illa „ quidam ligata, hæc vero soluta. Re„ vela igitur, & declara coram San„ ctis Angelis, nihilque me cela eo„ rum, quæ a te clam facta sunt, „ velut si Deo occulta cordium cogno„ scenti confitereris, & ipse occulto„ rum cognitor delebit omnia, quæ re„ velaveris .... licet enim hoc puden„ dum, & probrosum tibi videatur, „ opera probris & pudori obnoxia re„ velare; attamen eximie & accurate „ tibi persuasum esto, per præsentem „ pudorem te a futuro liberari, & „ mandatis obediendo, non modo In„ dulgentia, sed etiam Coronis te di„ gnum fieri. " Sequantur deinde interrogationes de singulis peccatis, & eorum circumstantiis. Omnia cum exquisierit, & diligenter consideraverit, debet ad singula, quibus confitentem assentiri audiverit, dicere,* DEUS TIBI INDULGEAT. *Postquam autem omnia recensuerit, & Confessionem exceperit, Confitente infirme jacente, addet:* HERUS ET DOMINUS NOSTER JESUS CHRISTUS DEUS, INDULGEAT TIBI OMNIA, QUÆ IN CONSPECTU EJUS NULLITATI MEÆ CONFESSUS ES. Neque hæc *Deprecativa* verba Græcis & latinis (b), olim usitata adeo absunt ab-

ter, ut quid ad Deum & ad me accessisti? Ne verearis: non enim mihi, sed Deo, coram quo stas, peccata tua enuncias.

Quomodo corrupta est integritas tua, fornicatione, mollitie, vel legitimo nuptiarum proposito?

An propter fornicationem, vel alium quemvis modum, juramentum cruce imposita firmatum irritasti?

Mulieri in Ecclesia commixtus es? aut animalis vel maris copula inquinatus?

Tum pluribus circa varia peccata deinceps adjunctis interrogationibus, subditur:

Circa alia quoque pœnitentiarius interroget. Et postquam minutim interrogaveris de singulis, assume indicem: & quale sit peccatum inquire, & cum hoc libro confer, ut quale sit peccatum dignoscas, & ista deinde subjunge.

Fili mi spiritualis, abjectus sum & humilis peccator: ejus propterea qui apud me confitetur, non valeo remittere super terram peccata, sed Deus est qui illa condonat. Propter illam autem divinitus prolatam, post Christi resurrectionem auditam, & Apostolis dicentem vocem: Quorum dimiseritis, & quæ sequuntur: *propter illam, inquam & nos confisi dicimus: Quæcumque tenuissimæ meæ humilitati enarrasti, & quæcumque minus ex ignorantia vel oblivione, qualecumque sit exprimere non valuisti: condonet tibi Deus in præsenti sæculo & in futuro &c.*

(b) Natal. Alex. in sæc. XIII, & XIV, Diss.

ab *Indicativis*, quibus modo utimur, ut non eamdem præ se ferant vim. Nec Clemens VIII in eis monitis, quæ de ritibus Græcorum edidit anno 1585, *Deprecativam* Absolutionis formulam suis viribus carere dijudicavit, nec Tridentini Patres omnimodam illam vim, quam *Indicativis* vocibus tribuerunt, *Deprecativis* unquam denegarunt.

§. III. Verum cum Dallæus de Confess. Auricular. Lib. IV, cap. I, non solum Græcorum, sed etiam Cophtitarum, Ethiopum, Armeniorum exempla nobis opponat, atque objiciat, horum etiam rituales libros consulamus. Prodeat in medium quisquis est auctor illius Libri, qui inscribitur *Giahanaret innefisse*, ex eoque disces, Patriarcham Jacobitarum Cophtitarum statim ac renuntiatus est, plures in partem, atque consortium laboris assumere, inter quos non ultimum locum tenet is, qui Pœnitentiæ Sacramento animarum sordes eluat, maculas deleat, labes abster-

Diss. XIV, §. 55, Tom. XVI, pag. 696. Non alia Absolutionis forma in Ecclesia Occidentali solemnis fuit, quam deprecatoria, & *Indicativa* non multis ante S. Thomam annis usurpari passim cœpta, quam Opusculo 20 propugnat. Quod multis probat vir doctissimus Joannes Morinus, nempe ex Ordine Romano, ex Sacramentario Sancti Gregorii, ex Pœnitentiali Halitgari Cameracensis Episcopi, ex Burchardi Vvormatiensis libro 19, quem conscripsit, ut loco Pœnitentialis esset Presbyteris ad audiendas Confessiones, ut testatur ipse initio libri: ex Pontificali Tolosano regnantibus in Gallia Ludovici Pii nepotibus scripto, ex antiquo Ordine Romano, eo qui editus est, antiquiori: Ex Pœnitentiali Ecberti Cantuariensis Archiepiscopi: Ex Manuscripto Siculo: Ex antiquo Pontificali, quod in Ecclesiæ Bellovacensis Bibliotheca asservatur, & sub Roberto Rege exaratum est: Ex antiquo MS. Abbatiæ S. Remigii litteris Longobardicis scripto: Ex aliis veteribus MS. quæ in Bibliotheca Rothomagensis Ecclesiæ asservantur. Qui omnes libri nullam aliam formulam, quam deprecativam exhibent.

Ibid. pag. 695. Quamvis hæc verba, *Absolvo te a peccatis tuis*, Veteres forsan non usurpaverint, adhibuerunt tamen æquivalentia, & vere a peccatis absolvebant peccatores pœnitentes & confessos. Deprecativa enimvero forma, quæ olim erat in Ecclesia solemnis, æquivalebat Indicativæ, & eamdem vim habebat atque efficaciam, eamdemque demonstrabat potestatem in Sacerdotibus dimittendi peccata, non primariam & supremam, sed ministerialem. Unde peccatores a Patribus dicuntur absolvi precibus Sacerdotum. Ita S. Pacianus in Parænesi: *Qui Fratribus peccata sua non tacet, Ecclesiæ lacbrymis adjutus, Christi precibus absolvitur*. Sic S. Augustinus Homil. 49, c. 3. *Agite Pœnitentiam qualis agitur in Ecclesia, ut oret pro vobis Ecclesia. Nemo dicat; occulte ago, apud Deum ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solveritis, &c.*

Et lib. 3 de Baptismo contra Donatistas, cap. 16. *Manus impositio non sicut Baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem?* Sic S. Leo Epist. 80. *Sufficit illa Confessio, quæ primum Deo offertur, deinde Sacerdoti, qui pro delictis Pœnitentium precator accedit.*

Et Epistola 91, dicit Deum præsidia suæ bonitatis ordinasse, *Ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri.*

Et infra: *Multum utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem Sacerdotali supplicatione solvatur.* Sic lib. 5 Capitularium, Cap. 62, dicitur: *Non est mirandum, si absolutio peccatorum per manus impositionem precibus fit Sacer-*

ftergat, peccata expiet, fupremum- que numen pœnitentibus propitiet. Pro-

---

Sacerdotum; cum Dominus in veteri lege fuper caput hoftiæ manum Sacerdotis præceperit imponi. Sed & S. Auguftinus Sacerdotes dimittere peccata, five potius Deum Sacerdotum minifterio afferit, quamvis non dicat, *Ego dimitto*. Legenda eft ejus Homil. 23, cap. 8. *Judæi dixerunt*, inquit, *Quis eft hic qui etiam peccata dimittit? Audet fibi hoc homo ufurpare, quid contra Hæreticus? Ego dimitto, ego mundo, ego fanctifico. Refpondeant illi, Non ego, fed Chriftus ... Spiritus dimittit, non vos. Spiritus autem Deus eft. Deus ergo dimittit, non vos. Sed audi Spiritum, Quid eftis vos? Nefcitis quia Templum Dei eftis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Deus ergo habitat in Templo fuo, hoc eft, in fanctis fuis Fidelibus. In Ecclefia fua per eos dimittit peccata, quia viva Templa funt. Sed qui dimittit per hominem, poteft dimittere præter hominem*. Igitur quamvis olim non ufurparetur ea formula Abfolutionis, *Abfolvo te a peccatis tuis*, fed fola deprecationis forma, nihilominus Sacerdotes abfolvebant a peccatis Fideles apud fe confeffos, & per eos Deus ipfis dimittebat peccata.

Præterea, Petrus Cantor Parifienfis, qui circa annum MCC in Academia Parifienfi floruit, in Summa *de Sacramentis & Animæ confiliis*, ea refert, quæ manifeftiffime docent eo tempore nullum fuiffe aut plane obfcurum Abfolutionis indicativæ ufum, & tamen deprecativæ formulæ vim eamdem ineffe agnofcit; eaque pariter abfolvi peccatores pœnitentes & confeffos. Scribit nempe in quibufdam Monafteriis licitum effe cuilibet Fratri audire Fratrum fuorum Confeffiones, & iis Pœnitentiam injungere, fed Abbati Abfolutionem effe refervatam, cujus confuetudinis caufa hunc cafum proponit: „ Converfus quidam in extremis laborans „ nullo modo poterat induci ut confiteretur „ Abbati, adeo timebat eum. Confeffus eft „ autem Priori cum maxima contritione, „ ut videbatur, & petiit ab eo Abfolutionem. Prior refpondit ei quod non poterat eum abfolvere, fed ex quo non volebat confiteri Abbati, vel abfolvi ab eo, „ Deus abfolveret eum. Ita dixit ei: Occulte tamen ifta omnia funt facta. Mortuus „ eft Converfus & fepultus in Cæmeterio, „ quia non fuit manifefta ejus inobedientia. „ Quæritur ergo utrum ex talibus verbis „ Prioris, quando dixit, Abfolvat te Deus, „ fuit ifte abfolutus; quia fi Abbas eum „ abfolveret, non aliter diceret. Item, Poffetne ex poftfacto ratam habuiffe illam Abfolutionem? “

Idem colligitur ex Guillelmo Parifienfi Epifcopo qui floruit ab anno 1228 ad annum 1248, Cap. 19 de Sacramento Pœnitentiæ, ubi agit de certis caufis ob quas licet Confeffionem bipartiri. *Dubitandum nullatenus effe*, inquit, *quia per utrumque Sacerdotem plenam gratiam fanctificationis & Abfolutionis recipit, nifi per ipfum fteterit: neque more forinfecorum judicum pronuntiat Confeffor, Abfolvimus te, non condemnamus; fed magis orationem facit fuper eum, ut Deus abfolutionem & remiffionem atque gratiam fanctificationis tribuat*.

Idem colligitur ex Francifco Mayronis in 4 Sententiarum, Dift. 14, Q. 1, ubi fcribit quofdam fua ætate in adminiftrando Pœnitentiæ Sacramento hac ufos formula: *Abfolvat te Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus*: Idque factitatum in Provincia Provinciæ, fed improbatam fuiffe illam formam: tum fubjungit: *Sed tamen videretur, quod ficut Græci baptizant fub hac forma, Baptizetur fervus Chrifti N. ita non effet inconveniens in Confeffione taliter abfolvere. Quia tamen Sacramentalia funt ftricti juris, ideo non debent immutari*.

Clemens VIII Pontifex Maximus in Inftructione fuper ritibus Græcorum, quam edidit anno 1585. *In cafu neceffitatis*, inquit, *Presbyteri Græci Catholici poffunt Latinos abfolvere. Utantur forma Abfolutionis in Generali Concilio Florentino præfcripta; & poftea, fi voluerint, dicant Oratio-*

Prodeat Amba Severus (*c*) Mohdidensis Episcopus, doctrinamque Monophisiticæ suæ Ecclesiæ de Pœnitentiæ sacramento nostræ & re & verbis omnino gemellam in omnium oculos, conspectumque educat. Prodeant denique Vanslebius, Renaudotius, Assemanus viri doctrina, ac sacrarum rerum studiis eruditissimi, quique suæ vitæ tempus Orientalium Regionum moribus, ritibus, ceremoniis cognoscendis transmittendum putarunt, quidque Ethiopes, quidque Syri, quidque Armenii hac de re sentiant, quamque eorum doctrina cum Catholicorum dogmatibus concinat, atque consentiat, palam faciant. (Vid. Perpetuitè de la Foi Tom. IV, pag. 47, & 85, Tom. V. Assem. Biblioth. Orient. Tom. II, Præfat. §. 5.)

§. IV. Quamobrem desinant tandem aliquando Protestantes nobis obstrepere, ac clamitare, solos esse Catholicos, penes quos Auricularis, Sacramentalisque Confessionis usus invaluit, eamque ab omnibus aliis Christiani nominis Ecclesiis exulare; clamitent potius, solos esse Protestantes, e quorum Civitate omne Pœnitentiæ genus, & Sacramentum pulsum est, aqua & igni interdictum. Quid mihi tam longis latratibus aures obtundis, Innocentium III, sæculo XIII, novum hoc carnificinæ, ac crudelitatis genus (ita enim vocant Sacramentum Pœnitentiæ) excogitasse, hocque acerbissimum servile jugum Christianorum cervicibus imposuisse? Mitto modo ex omni antiquitate Sanctissimos Ecclesiæ Patres excitare, qui auricularis, Sacramentalisque Confessionis meminere, ne actum agere videar. (Vid. sup. Qu. X, & Lib. I, Qu. XXXVII.) Hoc tantum quæro, unde nam Nestoriani, Eutychiani, Photiani, qui ab Catholica Ecclesia Sæculo V, VI, IX, descivere, suam hanc arcanæ Confessionis doctrinam sunt mutuati? Non certe ab latina Ecclesia, quicum acerrimum bellum semper gesserunt. Unde igitur? nisi dicamus, hunc esse unum ex illis Fidei articulis, quem nobiscum una præ se tulerunt, antequam Catholicæ Ecclesiæ nuncium remitterent, quemque etiam postea sibi retinendum esse existimarunt. Vigebat igitur Arcana Confessio sæculo V, VI, & IX. Non igitur Innocentius III illius inventor, & princeps fuit; nec quisquam alius (*d*) eorum, qui sæculo V posterioribus vixere temporibus. Quem igitur hujusce

tionem illam deprecativam, quam pro forma hujusmodi Absolutionis dicere tantum consueverunt.

Sancta Synodus Tridentina, Sess. 14, formam Pœnitentiæ in illis Ministri verbis, *Ego te absolvo*, positam esse docet. Quo tamen decreto verba æquivalentia non excludit, *Absolvat te Deus*, vel alia hujusmodi: quamvis preces, quæ hodiernæ formulæ ex Ecclesiæ more adjunguntur, ad ipsius formæ essentiam non spectare asserat, neque ad Sacramenti administrationem esse necessarias.

(c) Extat Ambæ Severi Liber in Bibliotheca Regis Christianissimi.

(d) Hinc corruit Argumentum XXVII Dallæi, quo ostendere conatur, veteris disciplinæ mutationem circa noni sæculi initia contigisse.

jusce novitatis authorem, atque architectum nominas? Uno verbo. Aut prima hujusce rei exordia invenienda tibi sunt, tantique operis inceptor monstrandus digito est, aut patere, nos ad Irenæi aram confugere docentis Lib. III adversf. hæref. cap. 3, morem illum, consuetudinemque, cujus auctor non apparet, in Ecclesia constanter ac perpetuo obtinuisse, nec nisi ex Apostolica traditione profluxisse.

§. V. At enim (ut ad rem nostram veniamus) cur Sæculo tantum XIII in Cathedralibus Collegiatisque Ecclesiis Pœnitentiarii instituti, a quibus Pœnitentiæ Sacramentum administraretur, si etiam antea hujusce Sacramenti administratio divinitus erat præcepta? Fuit hoc semper, fuit proprium Ecclesiæ Catholicæ, ut, cum aliqua hæresis caput extulit, cui infesta intulit signa, eamque vel conticescere, vel suis finibus exulare coegit, partæ victoriæ monumentum atque trophæum poneret, quod & justi triumphi præconium esset, & veræ fidei conservatæ testimonium. Ita adversus Arianam hæresim triumphum usquequaque canit Ecclesia verbis illis: *Credo .... & in Jesum Christum Filium Dei Unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, CONSUBSTANTIALEM PATRI, per quem omnia facta sunt*, Apostolorum symbolo adjectis, illoque hymno *Gloria PATRI ET FILIO, ET SPIRITUI SANCTO, sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum Amen*. (Vid. Sozomen. Lib. III, cap. 20, Baronium ad an. 325, §. 273, Cardin. Bonam de Divin. Psalmod. cap. 16, §. 6.) Ita de Nestorio adhuc toto orbe terrarum triumphum agit Ecclesia illo Angelicæ Salutationis additamento: *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis*. Ita etiam, ut innumera alia prætereaam exempla, Sacrosancta Tridentina Synodus *Solemnitatem Corporis Christi, victricem veritatem de mendacio, & hæresis triumphum appellat*, Sess. XIII, cap. V. Ut igitur perenne monumentum, atque omnibus aspectabile extaret, quod adversus Waldensss, & Albigenses Sacramentalis Confessionis necessitatem ac vim testaretur, Lateranensis Synodus, ac Tridentina ad cæteras Ecclesiarum Cathedralium dignitates, Pœnitentiariatum (*e*) etiam addiderunt.

QU.

(e) Pœnitentiarius Canonicus in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, ubi id commode fieri potest, est instituendus. Canonicus Pœnitentiarius deputari debet, qui sit Magister, aut Doctor, seu licentiatus in Sacra Theologia, vel Jure Canonico. Immo non sufficit, quod sit Doctor nomine, sed debet esse Doctor re, & si constet deputatum esse valde ignarum, licet ipse sit Doctor, est deputandus alius; vacante enim Officio Pœnitentiariæ Cathedralis Ecclesiæ Capuanæ Eminentissimus Cardinal. Bellarminus Archiepiscopus petiit a Sacra Congregat. Concil. an esset conferendum N. qui licet Doctor fuisset, tamen attestabatur, esse valde ignarum? Et S. Congregatio respondit, negative. Quando autem Doctores, & licentiati in Jure Canonico, vel Theo.

Theologia apti non inveniuntur, non est necesse pro validitate Collationis hujus præbendæ, quod provisus sit Doctor, vel Theologus, sed sufficit quod in loco sit aptior. Canonicus Pœnitentiarius debet esse in ætate quadraginta annorum. Defectus tamen ætatis quadraginta annorum in Canonico Pœnitentiario non obstat, ubi alias aptior pro loci qualitate reperiri non potest, & sufficit, quod non reperiatur in Civitate, aut in Diœcesi persona apta cum dictis qualitatibus; nec enim est quærenda extra Diœcesim.

Canonici Pœnitentiarii institutio in Cathedralibus tantùm est facienda. Pœnitentiarii institutio, & electio personæ ad solum Episcopum absque consensu Capituli spectat, cum hoc solius Episcopi arbitrio relinquatur. Electio Personæ Pœnitentiarii ad solum Episcopum tunc pertinet, quando Præbenda non vacat in mense Apostolico, vel non adest alia reservatio seu affectio, nam tunc ad Papam pertinet ratione reservationis.

Pœnitentiaria vacans, Sede Episcopali vacante, non potest provideri a Capitulo, quamvis collatio Præbendarum sit Communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli. Immo Pœnitentiariæ vacantis, Sede Episcopali vacante, electio, & collatio pertinet ad Papam, etiam seclusa reservatione, & non est reservanda futuro Episcopo. Capitulum non potest se intromittere in electione Pœnitentiarii, licet ad ipsum collatio spectet, quamvis Episcopus sit absens, sed ipse Episcopus absens poterit, ubicumque fuerit, eligere Pœnitentiarium; non enim ad id est necessaria præsentia, seu existentia in Diœcesi, nam etiam extra illam potest expediri, cum non sit contentiosæ, sed voluntariæ Jurisdictionis. Pœnitentiarii enim electio pertinet solum ad Episcopum, vel, eo absente, ad suum Vicarium, cui Episcopus in specie delegaverit hanc facultatem. Quamvis electio Pœnitentiarii quandocumque facienda spectet ad solum Episcopum, vel eo absente, ad suum Vicarium ad hoc specialiter delegatum, absque consensu Capituli, collatio tamen Præbendæ unitæ Officio Pœnitentiarii ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat.

Præbenda Officio Pœnitentiarii unienda, debet esse Integra, & Canonicalis. Portio enim, quæ sit in Ecclesia, in Præbendam Pœnitentialem erigi non potest, sed Præbenda Canonicalis; &, si non essent Præbendæ, sed fructus omnes in Distributionibus quotidianis consisterent, tunc Distributiones habebuntur pro Præbenda. Non potest Episcopus primam Præbendam vacantem assignare pro Pœnitentiario, quamvis in loco videretur magis necessarius, sed prius debet erigi Theologalis. Si tamen in aliqua civitate fuerit judicatum magis expediens, ut prius de Pœnitentiario, quam de Theologo provideatur, habenda est confirmatio a Sede Apostolica, ad omnem difficultatem tollendam. Canonicatus Pœnitentialis non potest optari, nec Pœnitentiarius potest aliam Præbendam optare, quia ad eam videtur electa industria personæ; & ubi beneficium requirit certas qualitates, aut examen, si cui indulgetur, ut possit consequi aliam Dignitatem, aut Beneficium, illud non venit, quod examen, aut qualitates illas requirit. Unde a Sac. Cong. Concil. dictum fuit, quod non solum non potest optari Præbenda Pœnitentiarii, sed nec titulus, ac Ordo illius. Potest tamen Pœnitentiaria resignari, sicut alia Præbenda, etiam in favorem alterius, dummodo habeat qualitates requisitas. Pœnitentialis Præbendæ erectio non habet locum in ea, quæ vigore statuti a sequenti Canonico optatur, sed illa Præbenda, quam dimiserit Canonicus, qui novissime optat, huic muneri affecta, & unita remaneat.

Pœnitentiarius eo ipso, quod est institutus, habet a Jure, & Concilio facultatem audiendi Confessiones, & Jurisdictionem ad absolvendum a peccatis absque alia Ordinarii licentia, & est veluti Parochus totius Diœcesis. Pœnitentiario quilibet potest peccata sua confiteri, & sic satisfacere præcepto. Pœnitentiarius institutus pro audiendis Confessionibus unius Diœcesis, non potest audire in alia, etiam habentium Bullam, vel licentiam sui Parochi. Pœnitentiarius non potest delegare auctoritatem. Non potest Pœnitentiarius absolvere a casibus, quos Episcopus sibi expresse reservavit, nisi ip-

femet Epifcopus talem fpecialem facultatem ei expreffe concefferit. Nec poteft cafus refervatos fibi ab Epifcopo commiffos alteri fubdelegare, nifi habuerit expreffam ab hoc Epifcopi facultatem, quia cenfetur electa induftria perfonæ, & Delegatus maxime ad nudum minifterium, fubdelegare non poteft, nifi hoc illi expreffe demandetur. Pœnitentiarius tenetur integras Confeffiones audire, non autem folos cafus refervatos. Confeffiones Parochianorum Civitatis audire nullo modo recufare poteft Pœnitentiarius. Confeffiones audire fi renuerit Pœnitentiarius, poterit ab Epifcopo puniri. Immo ipfe debet affiftere, & refidere de mane, etiam non vocatus, in Sede Confeffionali ab Epifcopo deftinata diebus Feftis folemnioribus, videlicet tempore jejuniorum Quadragefimæ, Adventus, Quatuor temporum, Refurrectionis, Afcenfionis, Pentecoftes, Corporis Chrifti, Affumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Omnium Sanctorum, & Nativitatis Domini. Non debet tamen Pœnitentiarius tenere in manu Virgam, feu bacchettam ficut in Urbe, præcipue in locis ubi hoc non eft in ufu, nec poteft cogi ab Epifcopo ad intereffendum in fua Sede pro audiendis Confeffionibus eo tempore, quo non adfunt pœnitentes, qui fua opera uti velint.

Pœnitentiarius non poteft cogi ad majorem refidentiam, quam alii Canonici, qui per tres menfes abeffe poffunt, dummodo tamen non abfit tempore, quo frequentius pœnitentes accedunt, & diebus Feftis folemnioribus, veluti tempore jejuniorum Quadragefimæ, Adventus, Quatuor temporum, Refurrectionis, Pentecoftes, Corporis Chrifti, Affumptionis B. M. V. Nativitatis Domini, & Omnium Sanctorum: quia in ipfis tenetur de mane refidere in Sede Confeffionali, etiam non vocatus. Pœnitentiarius pro præfente in Choro eft habendus dum audit Confeffiones in Ecclefia. Non tamen pro tempore, quo refidet in Confeffionario, nec audit Confeffiones, aliis in Choro Divina celebrantibus, nec item fi dixerit Miffam, aut fi privatim Officium dixerit, etiam ut opportunius Confeffiones audiat, cenfendus eft præfens in Choro. Pœnitentiarius dum actualiter audit Confeffiones in Ecclefia, non folum cenfetur præfens in Choro ad lucrandas diftributiones quotidianas, fed etiam eleemofynas ipfas, quæ diftribuuntur pro affociandis, & fepeliendis Cadaveribus Defunctorum, vel pro fupplicationibus, & proceffionibus, quæ per Urbem aguntur. Pœnitentiarius non cenfendus eft pro præfente in Choro, fi extra Ecclefiam Confeffiones audiat, etiam infirmorum. Canonicus Pœnitentiarius non præcedit aliis Canonicis, non obftante contraria confuetudine, quia non eft Dignitas, fed federe, & incedere debet fecundum fuam antianitatem. Pœnitentiarius approbatus, & in poffeffionem immiffus a Delegato Appoftolico eo quod Vicarium, & Tribunal Ordinarii fufpectum haberet, poteft audire Confeffiones abfque alia licentia ipfius Ordinarii. Pœnitentiarius non poteft effe Vicarius Generalis Epifcopi, ne fufpicionem ingerat, quod in adminiftratione juftitiæ utatur fcientia Confeffionis, nifi tantæ apud omnes effet opinionis, ut excluderetur hujusmodi fufpicio. Canonicus Pœnitentiarius, quamvis regulariter non fit admittendus in Confeffarium Monialium propter difficultatem fatisfaciendi utrique muneri; tamen cum poteft utrique muneri fatisfacere, in hoc cafu non erit prohibendus. Hodie quoad Canonicum Theologum, & Pœnitentiarium attendenda eft d. noviffima Conftit. Benedicti XIII, quæ incipit *Paftoralis*.

Ex hac Conftitutione Canonicus Pœnitentiarius, uti etiam Theologus, debet eligi per concurfum, pro quo affumi poffunt Examinatores etiam Synodales, dummodo tamen fint licentiati vel in Jure Canonico, vel in Theologia.

QU. XXVII.

Quænam est Canonici Plebani dignitas & officium?

§. I. NEmini dubium esse potest, quin primis Christiani nominis incunabulis, antequam *singulares* crearentur Episcopi, cum penes Presbyterorum Collegium particularium Ecclesiarum regimen adhuc erat, (Vid. sup. Lib. IV, qu. VI, VII, VIII.) nemini, inquam, dubium esse potest, quin tunc Presbyteri omnes Sacramenta omnia (dempta Ordinatione) passim administrarent. (Vid. Lib. IV, Part. III, Qu. XI.) Postquam autem singulis Presbyterorum Collegiis singuli Episcopi dati fuerunt, tunc Sacramentorum administratio Episcoporum imperium sensit, & ministerium, nec Presbyteri nisi ab Episcopo jussi, quidquam hac in re sibi amplius licere ausi sunt.

§. II. Ventum est ad ea tempora, quibus, aucto Christianorum numero, Episcopalis Ecclesia eos capere non amplius posset, ac opus fuerit in una, eademque Diœcesi plures extrui Ecclesias, quæ Filiarum instar, ac loco essent. Nova hæc res postulavit, ut Presbyterorum alii designarentur, qui in minoribus hisce Ecclesiis sacra ministrarent, alii vero in Cathedrali remanerent, qui maximis hisce fungerentur muneribus. (Vid. sup. Qu. XI.)

§. III. Contigit sæculo VIII, ut Cathedralis Ecclesiæ Presbyteri Monachorum vitam amplecterentur. (Vid. sup. Qu. XIII.) Nova hæc instituti ratio totos homines requirebat, totumque eorum tempus sibi deposcebat, nec quidquam Sacramentorum administrationi reliquum faciebat. Igitur ne Cathedralis Ecclesiæ plebs populusque necessariis æternæ vitæ subsidiis carerent, neve Sacramentorum Ministros sibi aliunde quærere coacti essent; provisum fuit, ut tota hæc provincia Canonicorum uni decerneretur, qui a plebe pascenda, alendaque Plebani nomen invenit.

§. IV. Etsi autem Canonici postea regularem vivendi rationem abjecerint, ac Chrodogandi jugum excusserint, tamen inter eos Plebaniæ munus adhuc perdurat, licet certa non consistat sede, sed alicubi in sua, alibi in Archipresbyterali, alibi in alia sede gaudeat considere. Hujus dignitatis, atque officii mentio habetur in cap. 10, Ne Cleric. vel Monach. *Quia Theologiæ studium cupimus ampliari, ut dilatato sui tentorii loco funiculos faciat longiores, ut sit Fides Catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso, ad Archidiaconos, Decanos, PLEBANOS, Præpositos, Cantores, & alios Clericos Personatus* (a) *habentes hoc extendi volumus.*

QU.

(a) Dignitatis, Personatus & Officii vocabula licet aliquando promiscue usurpentur,

tur, *Cap. 8, de Constitutionibus*: attamen revera inter se sunt distincta. Dignitas enim amplitudo quædam est, sive præeminentia, cui administratio, & jurisdictio est adjuncta: *Leg. XIV, Dig. de Muneribus, & honoribus*. Personatus est honor nullam habens comitem potestatem, sive jurisdictionem, seu est Jus præeundi reliquis Canonicis in choro, & in processionibus: Gonzalesius in *Cap. 6, de Consuetud.* Officium denique est simplex ministerium, sive nuda rerum Ecclesiasticarum administratio: *Cap. 38, de Simonia*.



QU. XXVIII.

Quaenam est Vicarii Generalis dignitas, & officium?

§. I. QUI Generales Episcoporum Vicarii nominantur, novi (a) ii homines sunt, extra numerum, quasique ascriptitii cives in Ecclesiam recepti. Extremis modo digitis prima Ecclesiasticorum fastorum elementa attigeris, statim intelligis, Episcopos apud priora Ecclesiae saecula non alios consiliarios, adjutores, suique muneris Vicarios habuisse, quam ipsum Presbyterium. *Quid vero Presbyterium aliud est* (ajebat primo vertente Saeculo S. Ignatius Martyr.) *quam sacer coetus, consiliarii, & assessores Episcopi? Fungamini isthic & vestris partibus, & meis,* (scribebat Saeculo III S. Cyprianus ad suae Ecclesiae Presbyteros Ep. V.) *ut nihil vel ad disciplinam, vel ad diligentiam desit.* Et Ep. VI: *Fretus ergo & dilectione, & religione vestra, quam satis nostis, his litteris & hortor, & mando, ut vos VICE MEA fungamini circa gerenda ea quae administratio religiosa deposcit.* Presbyterorum igitur Collegium aureis Ecclesiae temporibus omnem Vicariam Episcopalem dignitatem, atque onus sustinebat, nec quisquam erat, cui speciatim Generalis Vicarii munus traditum esset.

§. II. Verum quae ad Universum Presbyterorum corpus Episcopalia officia, & jura prius pertinebant, dividi postea coeperunt, & singulis singula attributa fuerunt. Itaque institutae Dignitates, (Vid. sup. qu. XXI, §. 1.) Personatus, Officia, atque Vicaria Episcopi persona in re divina facienda Archipresbytero (Vid. sup. qu. XXI, §. 5.) in re Ecclesiastica administranda Archidiacono, (Vid. inf. VI.) in docendo, Scholastico, (Vid. sup. qu. XXIV.) in sacris litteris interpretandis Theologo, (Vid. sup. qu. XXV.) in absolvendo, Poenitentiario, (Vid. sup. qu. XXVI.) in Sacramentis administrandis Canonico Plebano, (Vid. sup. qu. XXVII.) imposita fuit. Magnum ex hac re Episcopi commodum

(a) Vicarios tantum constitui coepisse saeculo XIII, ex eo conficit Thomassinus *part.* I, *lib.* 2, *cap.* 8, quod nulla sit eorum mentio in Gratiani decreto, & nulla in decretalibus Gregorii IX. Itaque eorum originem repetit a Concilio Lateranensi IIII, ubi Innocentius III, & caeteri Patres hortantur Episcopos, ut si expedire nequeant per se negotia universa, eligant Presbyteros, quorum in iis vicariam supponant fidem. Tandem addit, exeunte saeculo XIII, ubique receptos Vicarios generales, & hinc in VI decretalium libro titulus est *de Officio Vicarii*, in quo totum ejus munus explicatur.

dum cœpere. Nam Vicaria Episcopalis Jurisdictio, quæ antea Presbyterio propria erat, germana, atque perpetua, postea in Archipresbytero, Archidiacono, aliisque evasit precaria, quasique mutuo accepta, Episcopique habenas sensit modo laxiores, modo contractiores; nisi quod & hi particulares Ministri decursu temporis hac potestate uti cœperunt non tanquam delegata, atque mandata, sed tanquam sua, atque ordinaria, ut pote qui in antiqui Presbyterii jura se ingressos esse noverunt.

§. III. Ad Episcopalis potestatis cumulum tandem accessit etiam Feudalis Jurisdictio. Hæc Canonicorum jura & uti Universorum, & uti Singulorum penitus pessumdedit, sustulit, ac perdidit. Hæc omnem fere Capituli, & Episcopi conjunctionem diremit. Hæc caput a suis membris ita dissociavit, atque dissolvit, ut jam non amplius unum, sed duo corpora esse videantur. Hæc denique effecit, ut Episcopus non amplius suum Capitulum in sui Senatus loco habuerit, sed alium domesticum Senatum sibi crearit, non amplius Canonicos inter suos consiliarios, administros, ac Vicarios numerarit, sed alios Presbyteros Clericosque suo lateri adjunxerit, qui suorum consiliorum essent participes, quorumque opera, atque ministerio in rebus omnibus uteretur. (Vid. sup. Qu. XVII.) Inter hosce eminet Vicarius Generalis (*b*), qui quamquam fere semper ex Canonicorum numero deligitur, id

---

(b) In Vicarium Generalem transit ordinaria Episcopi jurisdictio, sed non transit potestas gerendi ea, quæ peculiare mandatum postulant, & quæ uni Episcopo servantur. Propterea sine speciali mandato non cognoscit causas criminales, in quibus in reum criminis gravius est animadvertendum, non item, ut plerique sentiunt, causas matrimoniales, non confert beneficia, neque iis permutandis, uniendis, erigendis consensum impertitur, sed instituit præsentatos a patronis, & judicat causas beneficiarias de jurepatronatus, deque ejus quasi possessione, non visitat diœcesim, neque synodum cogit, excepto Vicario Romani Pontificis, cui licet habere synodum diœcesanam Cleri Romani: non indicere collegium Canonicorum, eique interesse, ac ferre suffragium potest; non absolvit a casibus Episcopo reservatis, neque tollit irregularitates, quæ ex occulto crimine procedunt, non denique concedit litteras dimissorias, nisi Episcopus in longinquis regionibus diu commoretur. Eoque minus Vicarius generalis aliquid attingere potest eorum, quæ sunt ordinis Episcopalis.

Num ordinaria, an delegata sit Vicarii generalis jurisdictio, vetus quæstio est, quæ ingenia Canonistarum exercet. Qui eam ordinariam esse arbitrantur, his fere argumentis nituntur; quod Vicarius numquam delegatus in decretalibus appellatur, quod potest causas nonnullas alteri delegare, cum id delegato non liceat, quod denique semel constitutus suo jure exercet ea, quæ sunt Episcopalis jurisdictionis. Sed multa tamen argumenta sunt, ex quibus confici videtur posse, Vicarii jurisdictionem delegatam esse, non ordinariam. Tota enim pendet ab arbitrio, nutuque Episcopi, qui suo lubitu vicarium constituit, & removet, in eumque vel minorem, vel majorem confert potestatem. Rursus Vicarii tribunal unum idemque est cum tribunali Episcopi, eoque mortuo, aut dignitate moto, omnem Vicarius amittit jurisdictionem, quæ proinde alia non est, quam ipsa Episcopi mandata, vel delegata jurisdictio. Verum si Vicarii jurisdictionem ordinariam dicimus, quod ipse eam exercet propter officium, quod jure probatum est, & ideo jurisdictionem ipsam non tam

id tamen casu accidit, nec ab hoc munere, ac dignitate quilibet Clericorum etiam Utòpiensium (c) excluduntur.

§. IV.

tam ab homine, quam a jure habere videatur, hoc quidem sensu eam ordinariam appellari posse, non inficiabor.

Benedictus XIV de Syno. Diœcesʃ.... Vid. post. N. c. etiam N. b. hic inserendam.

(c) Vicarius non habet beneficium, sed habet munus, & muneri adjunctum honorem cum jurisdictione, cujus fines Episcopi arbitrio constituuntur. Nam ut Vicarius ab Episcopo eligitur, ita omnem ab eo accipit jurisdictionem. Itaque Episcopus suo lubitu potest ant electum Vicarinm removere, aut unum, vel plures, vel etiam nullum eligere, cum ipse sine aliena ope suo per se munere fungi potest. Ubi plures constituti sunt, iique *in solidum*, antefertur potestas ejus, qui primus negotium aliquod occupavit: ubi inter singulos divisa sunt officia, intra eorum fines continere se unusquisque debet.

Vid. sup. N. b. Benedictus XIV de Syn. Diœcesʃ. Lib. *II*, cap. VIII, §. 1. Vicarius Generalis Episcopi, qui & *Officialis* vocari solet, in iis, quæ jurisdictionis sunt, censetur una eademque cum Episcopo persona, atque unum & idem est utriusque tribunal: ex quo fit, ut a sententia Vicarii Generalis, non ad Episcopum, nec ab eodem ad eumdem, sed ad Metropolitanum, cui Episcopus subest, interponatur appellatio. *Cap. 2, de consuetudine, & cap. Romana in principio, de appellationibus in 6.*

Sed, quamquam Vicarius ordinariam Episcopi jurisdictionem, Episcopi nomine, in diœcesi exerceat, plurima tamen sunt, quæ virtute solius generalis commissionis, sine speciali Episcopi mandato, facere nequit, juxta decisionem *Cap. Licet 2, & Cap. final. de officio Vicarii in 6*, ubi Glossa, & Interpretes. Inter ea porro, quæ sine speciali mandato Episcopi a Vicario Generali expleri nequeunt, hæc enumerantur: Primo, quæ spectant ad potestatem Ordinis, puta, Chrisma conficere, Sacramentum Confirmationis conferre, Ecclesias & Altaria consecrare, aut pollutis sanctitatem pristinam restituere. Hæc quippe, aliaque hujus generis, Vicarius Generalis, etsi Episcopali Ordine sit insignitus, peragere non potest, sine peculiari Episcopi diœcesani consensu; cum, non in istis, sed in jurisdictionis dumtaxat exercitio, illius gerat vices; quod bene observat Sbroz. *de Vicar. Episc. lib. 2, qu. 5, num.* 10, ob quam rationem nec ea peragendi potest alteri Episcopo facultatem impertiri. Rebuff. *tit. de Vicario num.* 181, Barbosa *de offic. & potest. Episc. alleg.* 54, *num.* 83, & 84. Secundo, concedere litteras dimissorias ad Ordines, extra casum, quo Episcopus in remotis regionibus versetur, *Cap. Cum nullus 3, de temp. Ordinat. in 6*, ita ut ab Ordinandis sine magna difficultate arbitrio prudentis viri metienda, conveniri non valeat, sicuti *in eod. Cap.* docet Glossa *verb. Remotis*. Tertio, in materia Beneficiali, ea quæ sunt meræ liberalitatis & gratiæ, vel speciem habent alienationis, ac proinde, sine speciali Episcopi mandato, non potest Beneficia conferre, aut ad ea, quæ jurispatronatus Episcopalis sunt, Clericos nominare, præsentare, vel eligere, quia tam collatio Beneficii, quam ad illud præsentatio, seu electio, donationem quamdam, & liberalitatem sapit, *Cap. Relatum, de præbendis, & Cap. Post electionem, de concess. præb.* Non potest Beneficia supprimere, ant simul unire, vel factas uniones revocare, nam hæc omnia speciem referunt alienationis, Laymam *in cit. Cap. fin. de offic. Vicar. in 6, num.* 8 Neque Beneficiorum resignationes, tam simpliciter, quam ex causa permutationis factas, admittere; quoniam earum admissio requirit potestatem destituendi, juxta receptam Glossam *in Clemen.* 1 *de renuntiat.* Vicario Generali, sine speciali mandato, non competentem; Flamin. *de resignat. lib.* 7, *quæst.* 24, *num.* 1, *& seq.* Cabassut. *in theoria, & praxi Jur. Canon. lib.* 1, *cap.* 13, *a num.* 2 *ad* 7. An autem Vicarius Generalis, cui Episcopus peculiarem facultatem Be-

§. IV. Ab Ecclesiis Orientalibus exulant hi Vicarii Generales, nec alios administros illic habent Ecclesiæ, alios Episcopi, sed perinde ac Episcopales ædes, ac Cathedrales Ecclesiæ una eademque Domus essent, unos eosdemque etiam habent Mysteriarchas ac Cimeliarchas. Neque enim pe-

Beneficia conferendi non concessit, possit præsentatos a patronis instituere, & electos confirmare, lis est inter Doctores: sed magis recepta videtur opinio, quæ Vicario, solius generalis mandati virtute, facultatem inesse, affirmat, præsentatos instituendi, & electos confirmandi; institutio enim, & confirmatio, non liberalitatis, & gratiæ, sed necessitatis, & justitiæ, sunt actus. Quod docent, & Romanæ Rotæ decisione, ac sacræ Congregationis Concilii declaratione corroborant Garzias *de Benefic. par. 7, cap.* 8, *num.* 84, Barbosa *cit. alleg.* 54, *num.* 70, & prosequitur Natalis Alexander *epist.* 10, *Append.* 1, *tom.* 1 *Theolog. Moral.*

De his, aliisque non paucis, quæ Vicarii Generalis, nisi speciali Episcopi commissione muniatur, vires excedunt, præter citatos, videri possunt cæteri Juris Canonici Interpretes *ad tit. de offic. Vicarii*. Quod unice nostra hic interest, est decernere, an Vicarius Generalis possit, sine speciali Episcopi mandato, Diœcesanam Synodum indicere, & celebrare. Melioris notæ Doctores sentiunt, non posse, quia Synodi coactio, veluti res gravioris momenti, quam cætera sint, quæ nuper recensuimus, ordinarias ipsius facultates prætergreditur. Ita docent Altesera *in Vindiciis Ecclesiasticæ jurisdictionis lib.* 7, *cap.* 5, inquiens: *Vicarius Episcopi non potest celebrare Synodum, sine speciali mandato Episcopi*. Barbosa *cit. alleg.* 54, *num.* 103, Fagnanus *in cap. Sicut olim num.* 11, *de accusat*. Romarguera *ad Constit. Synod. Gerund. lib.* 1, *tit.* 1, *cap.* 1, *num.* 13, Petrus Leurenius *tract.* 1, *de potest. Vicarii Episcopi* cap. 3, quæst. 168, quodque caput est, ita expresse declaravit sacra Congregatio Concilii, quæ hisce verbis interrogata: *N. Ordinarius supplicat pro declaratione, an Vicarius Generalis Episcopi possit, Episcopo absente, Synodum Diœcesnam congregare, ita ut Constitutiones in ea editæ, sint servandæ*; die 4 Decembris 1655, respondit: *Non potuisse, absque speciali mandato Episcopi, ac propterea constitutiones in Synodo, ut proponitur, factas, esse ipso jure nullas*; sicuti legitur *lib.* 19 *decretor pag.* 545, *a tergo*. Neque refragatur Concilium, in Gallia sub Pipino Rege celebratum, quod nonnulli Metense existimant, cum *tom.* 2 *Concilior. Galliæ* editionis Sirmondi *pag.* 5, ita decrevit *cap.* 3: *De Presbyteris, & Clericis sic ordinamus, ut Archidiaconus Episcopi eos ad Synodum commoneat, una cum Comite*: ad Archidiaconum quippe, utpote Vicarium natum Episcopi, pertinebat Presbyteros ad Synodum convocare, sed de Episcopi mandato, seu verius, postquam Synodus ab Episcopo indicta fuerat, Archidiaconi munus erat commonere Presbyteros, & Clericos, ut ad illam accederent.

Quod autem Vicarius Generalis possit Diœcesanam Synodum habere, si speciali ab Episcopo instruatur mandato, res compertissima est, quam nemo in controversiam adducit. Nam, præter ea, quæ *lib.* 1, *cap.* 6, *num.* 4, diximus, ut probaremus, non prohiberi Episcopum, ne suam Synodum per alium celebret, exemplum habemus S. Caroli Borromæi, qui anno 1572 suam tertiam Synodum Diœcesanam, quam ipsemet indixerat, Romam postea profectus, per suum Vicarium Generalem celebravit, quod ipsemet asserit in ejusdem Synodi procemio *par.* 2 *Actor. Eccl. Mediol. pag.* 347, inquiens: *Cum Romæ anno superiori essemus, indictam a nobis Diœcesanam Synodum quam eo ipso anno habere statueramus, a Vicario nostro Generali, Joanne Baptista Castello, Protonotario Apostolico, nobis absentibus, celebrari jussimus*. Et animadversione dignum est, quod scribit Jacobus Meyer *lib.* 7 *Annal. Flandriæ ad an.* 1191,

in Græcorum imperium Feudalis Jurisdictio pedem unquam intulit, neque illos Episcopos a divinorum mysteriorum contemplatione ad humanarum rerum cogitationem avocavit.



QU-

1191, nimirum Episcopis Gandavensibus privilegium olim datum fuisse, ut Synodum quolibet tantum triennio cogerent, ea tamen adjecta conditione, ut per se, & non per Vicarium, illam celebrarent, quod profecto argumento est, hac speciali lege seclusa, & jure communi tantum spectato, licere Episcopo Synodum per Vicarium habere.

QU. XXIX.

Quid habes de Episcopi Officiali?

§. I. SUnt (*a*), qui Episcopi Officialem ab Vicario Generali ita distinguunt, ut huic voluntariam, illi concertatoriam Jurisdictionem mandent. Quoniam vero superiore capite de Vicario Generali egimus, res postulat, ut nonnulla etiam de Officiali dicamus.

§. II. Hanc provinciam, quam nunc obtinet Officialis Episcopi, olim sustinebat Presbyterorum Collegium vel una cum Episcopo, vel etiam sine Episcopo utpote Episcopalis Imperii consors, comes, ac socium. *Episcopus* (ita Carthaginenses Patres anno 398, can. 22, 23.) *nullius causam audiat absque præsentia Clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum sententia confirmetur. Inter hæc* (verba sunt Sancti Epiphanii hær. 37.) *beatæ memoriæ Presbyteri ejus rei fama permoti hominem* (Marcionem) *advocant, deque his omnibus interrogant, utrum contumeliosum dogma in Patrem proposuisset: At ille eorum PRESBYTERORUM CONSESSU productus inficiari primo, rursum iidem Presbyteri tam ipsum, quam qui ad eum infeliciter aggregarunt, arcessunt, atque iisdemde rebus sciscitantur, & cum opinioni suæ constanter inhæreret, eum pariter, atque ejus discipulos ab Ecclesia pellunt*. Quæ olim Diœcesanæ habebantur Synodi, ita comparatæ, ordinatæque erant, ut eas merito dixeris Cu-

(a) Bened. XIV de Syn. Diœc. Lib. III, cap. III, §. 2. Vicarius Generalis Episcopi, quamquam a jure quandoque dicatur Officialis, ut *in Cap. Licet, de offic. Vicar. in 6, & in Clement. 2, de rescriptis*, attamen in aliquibus regionibus ultra montes, præsertim in Gallia, & Belgio, usus obtinuit, ut ab Officiali distinguatur, & *Vicarius* nuncupetur, qui ea exercet, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ; *Officialis* vero, qui jurisdictioni præest contentiosæ: quod testantur Cabassut. *in theoria & praxi Jur. Canon. lib. 1, cap. 13, num. 1*, & Van-Espen *Juris Ecclesiast. tom. 1, part. 1, tit. 12, cap. 5*, atque Altesera *in Vindic. Ecclesiast. Jurisdict. lib. 7, cap. 6*. Apud nos autem unus & idem Episcopi vices, in utriusque jurisdictionis exercitio, gerere consuevit; quod etiam esse juri conformius, observavit Guillelmus Lyndewode *ad Constitutiones Angliæ lib. 2, ad tit. de sequestratione possessionis, & fructuum, verb. Vicarios Generales*, inquiens: *Horum potestas differt ab Officialium principalium potestate, de quibus sequitur in textu: nam Officiales dicuntur, quibus causarum cognitio generaliter per habentes jurisdictionem Ecclesiasticam committitur, & in tales transfunditur cognitio causarum totius Diœcesis, non tamen inquisitio, nec correctio, sive punitio criminum &c. Sed Vicarii Generales omnia prædicta facere possunt virtute officii, excepta collatione Beneficiorum.*

Curias Judiciarias. Synodum auspicabatur Episcopus hisce verbis: *Obtestatione conjuro Vos, o Presbyteri, ut nullus vestrum in judicando aut personam accipiat, aut quolibet favore, aut munere pulsatus a veritate discedat. Sed tanta cum pietate quidquid cœtui se judicandum intulerit, retractate, ut nec discordans contentio ad subversionem justitiæ inter nos locum inveniat, nec iterum in perquirenda veritate vigor nostri Ordinis vel sollicitudo tepescat*. Hæc prima die. Altera vero Clericorum lites dirimebantur; tertia, quartaque, aliæque insequentes dies in Laicorum causis cognoscendis, componendisque totæ consumebantur, summaque adhibebatur cautio, ne quis ad synodum, judiciumque reddendum accederet, qui impransus non esset atque jejunus. (Thomass. Vet. & Nov. Eccl. Discipl. Part. II, Cap. 75, §. 2, 3, 4.) Ex hisce plane intelligimus, Ecclesiasticam aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum potestatem in Universo Presbyterorum cœtu olim resedisse. Hujusce veteris disciplinæ, quæ ad sæculum usque XI constanter mansit, fragmenta quædam adhuc habemus in duobus illis, aut tribus *Judicibus Querelarum, & Excusationum* (b), qui in Synodis creari adhuc solent; qui, licet umbræ sint sine corpore, imaginem tamen aliquam nobis retinent Judiciorum, quæ olim in Ecclesia exercebantur.

§. III. At Episcopali Imperio Feudalibus opibus, viribusque amplificato, cunctisque Cleri, ac Capituli juribus ab Domestico Episcopi Senatu conticescere jussis, controversiæ judiciariæ omnes Officialis fidei commissæ sunt, cujus Jurisdictio ab Episcopali auctoritate profecta iisdem limitibus coercetur, quibus ab Episcopo circumdata est, iisdemque temporibus terminatur, quibus ab Episcopo conclusa est (c), ad ipsum Episcopum decurso spatio reditura.

§. IV. Locus hic a nobis postula-

(b) Bened. XIV loc. cit. Lib. IV, cap. II, §. 3. Ex hac antiqua disciplina ortum habuit, ut Episcopus in Synodo duos, vel tres, una cum suo Vicario Generali, deputet Judices, qui criminales querelas excipiant, & civiles lites audiant, ac summario judicio de utrisque causis sententiam proferant. Ad eosdem Judices pertinet, quæstiones circa ordinem sedendi, seu præcedendi, inter congregatos forte excitatas, brevi manu (ut dici solet) ita componere, ut nulli præjudicium inferatur: ad eos pariter deferendæ sunt excusationes eorum, qui ad Synodum non accesserunt finita Synodo deinde examinandæ.

Licet autem hodie primum, & potissimum munus prædictorum Judicum fere conquiescat, quia fere impossibile est, ut Clericorum, aut Laicorum causæ in Synodo terminentur: adeo enim mutati sunt hominum mores, ut contendentes inter se Partes summarium judicium effugiant, omnemque telam, seu ordinem judiciarium exacte, atque ad unguem servari exoptent, ex quo fit, ut Vicarii Generalis tribunal libentius adeant: non idcirco tamen eorumdem Judicum electio est censenda superflua: tum quia uti animadvertunt Bottus *par. 3, art. 7*, & Massobrius *cap. 4, dub. 19*, adhuc possent, si qui vellent, litis sumptibus parcere, suasque causas celeriter expedire, Judices Synodales adire, eorumque judicio acquiescere: tum quia necessarii reputantur ad servandam antiquæ disciplinæ memoriam, atque ad alia duo explenda munia, quæ illis pariter diximus demandata.

(c) Espenius J. E. U. Part. I, Tit. XII, cap. IV, §. IX. Quæstionem de revocabilitate

re videtur, ut Ecclesiasticorum Judiciorum conversionem, inclinationemque attingamus. Nihil olim ad Judicia instituenda tam necessarium, quam Accusator, Accusationisque libellus (*d*). Hoc jus sanctum visum fuit ipsis Ethnicis, uti constat ex Trajani ad Plinium secundum Rescripto. (lib. X, Epist. 98 inter Epistolas Plinii.) *Sine auctore vero propositi libelli in nullo crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri saeculi est.* Hoc jus sartum tectum sibi servandum esse duxerunt Ecclesiae Patres (*e*), uti habemus ex Sancto Optato Milevitano, qui Macarium

---

tate aut irrevocabilitate officialium (de qua in textu) in Gallia saepius fuisse agitatam, variaque Parlamentorum Arresta, nunc pro revocabilitate, nunc pro irrevocabilitate fuisse pronunciata notat Ducasse Archidiaconus & Officialis Condomensis in sua praxi Jurisdictionis Ecclesiasticae *tom.* 2, *cap.* 1, *n.* 6, donec tandem Rex Galliae anno 1700 declaravit Officiales Episcoporum esse amovibiles; eamque Regiam declarationem dicit in Parlamentis Regiis fuisse registratam: hoc tamen una observat *num.* 5, Officialem non posse ab Episcopo constitui ad unam particularem causam.

Quoad Belgium, consuetudo & usus Ecclesiarum Belgicarum inamovibilitati Officialium favet: adeo ut cum Archidiaconus Condomi in Ecclesia Leodiensi Officialem suum in Provincia Limburgensi residentem tentasset amovere; hic a supremo Brabantiae Senatu, cujus foro dicta Provincia subjacet, fuerit in hoc suo Officio manutentus per solemnem sententiam in contradictorio latam 20 Martii 1700.

Quoad hanc sententiam illud meretur notari, quod Fiscus Regius nec non status dictae Provinciae Limburgensis sese eidem Officiali adversus tentatam hanc amovibilitatem junxissent.

(*d*) Accusationis libellus esse debebat *cum inscriptione in crimen*. Haec inscriptio in crimen erat solemnis delatio nominis accusati, qua quis se ad talionis poenam adstringebat, nisi delata legitimo testimonio comprobaverit.

(*e*) Criminalia Judicia in foro exteriori apud Episcopos eodem ferme ritu, quem lex Romana constituerat, expediri consueverunt. Id ex collatione Juris civilis cum Ecclesiastica Historia manifestum est. Jure civili accusatio instituitur libello, cujus formula extat in L. 3, *ff. de accusat.* quique actis inseritur. Accusatorium libellum Eusebius Dorilaei Episcopus adversus Euthychem Presbyterum, & Archimandritam proponit, ut eum haereseos accuset; eumque *relegi* vult, *& inferri monumentis actorum*, sicuti patet ex Concilio Constantinopolitano S. Flaviani Patriarchae *act.* 1, *&* 2, *tom.* 4. *concil. col.* 930, *&* 935, *collect. Labbei.* Quod etiam in Concilio Chalcedonensi *act.* 3, *dict. tom.* 4, *col.* 1267, adversus Dioscorum. Theodorus praestat. Jus civile accusatoris inscriptionem, & subscriptionem postulat. Inscriptione accusator ostendit, se Titium ex. gr. ex una, alterave lege reum deferre, eumque se reum demonstraturum profitetur d. L. 3, & L. 2, *Cod. de exhib. reis.* Subscriptione vel ipse per se, vel per alium, cum litteras nescit, declarat, suas se implevisse partes, seque obstringit reciproci poena, si falso ab se hominem accusatum pateat *cit.* L. 2. Eusebius *cit. act.* 1, *&* 2; *col.* 931, 934, *&* 935, paratum sese exhibet *convincere* Eutychem *falso habere catholicum nomen*, libellum sua manu subscribit, & *act.* 5, *&* 7, *col.* 991, *&* 1010, non obscure significat, vereri se, ne per fraudem Eutychis poenam talionis perferat, quem metum Flavianus depellit. Ita in Chacedonensi Concilio *act.* 3, *d. tom.* 4, *col.* 1267. Paschasinus S. Leonis Papae Legatus de Theodoro Diacono Dioscori accusatore dicit haec: *Si confidit probare ea, quae ingerit .... proprio ore confiteatur, si non vult regularem adversus se converti sententiam.* Ex jure civili reo libellus est offerendus, ut rem omnem noscat, eique ad deliberandum temporis spatium conceditur *Novel.* 53, *Cap.* 3. Idipsum cum Eutyche factum est *act.* 1, & 3,

rium licet homicidii reum, a nemine tamen accusatum, in judicium vocandum minime censuit. *Exempla silebantur*, inquit, *dicamus & nos, quod dicitis, reum fuisse Macarium. Quod si fuit, Accusatore silente, a nobis non licuit abstineri . . . . Non enim potest quis in una causa eodem momento duas portare personas, ut in eodem Judicio & accusator esse possit, & Judex.*

§. V.

& 3, *aliisque actionibus col.* 935, 979, *seq.* Jus Civile in judiciis notarios adhiberi, cunctaque in acta referri jubet. Utrumque in causa Eutychis Constantinopolitani Concilii Patres fecisse, constat ex *act.* 2, & 3, *col.* 938, 974, 978, 979, 982, idque etiam in Chalcedonensi Concilio gestum est *act.* 3, *col.* 1290, & 1294. Quæ de interrogandis testibus a Jure civili sunt constituta, ea fere omnia in eadem Synodo Flavianus observavit *act.* 3, *col.* 978. Jure civili reus per apparitorem ter in judicium vocatur, atque in eum etiam manus injiciuntur, cum gravior est causa, quæ pœnam postulet asperiorem *arg. L.* 1, *ff. an. per al. caus. appell. red. pos.* Dioscorum, Eutychem, atque alios semel, iterum, ac tertio vocatos constat ex actis Concilii Constantinopolitani S. Flaviani, Chalcedonensis, aliorumque complurium, ex quibus etiam patet, Episcopos per Episcopos saltem duos, clericum per clericos, laicum per laicos vocari consuevisse. Vide Christianum Lupum *dis. in Concil. Ephes. Cap.* 3, & *append. ad Ephesin. latrocin. act.* 3, *Opp. to.* 2, *pag.* 9, & 213, *ed. Venet.* 1724. Interdum, quod ecclesiasticæ lenitatis est proprium, quartam etiam citationem Synodi emitti voluerunt: & vero eamdem in causa Nestorii emisit Synodus Ephesina *act.* 1, *tom.* 3 *concil. col.* 1006, *collect. indic.* Eusebius accusatum reum ad Concilium invitum duci postulat *act.* 3, *col.* 986, quamquam eam vim adhiberi tunc Flavianus nolit. Jure Romano cum nuncius rei copiam habere nequit, decretum citationis denunciare in faciem debet; atque id revera cum Eutyche factum patet ex *act.* 3, *col.* 983. Secundum Jus civile regulariter in causa criminali frustra procurator constituitur *L. pen.* §. *ult. ff. de publ. judic. L.* 1, *ff. an per alium.* Eutyches ad Synodum vocatus Abrahamium, aliosque misit, qui suam agerent causam, ac pro se responderent; at S. Flavianus *act.* 4, *col.* 990, his Abrahamium verbis alloquitur: *Quomodo, rogo te, est possibile, altero accusato, pro eo alterum dicere?* Romanorum legibus statutum erat, ut reus ab accusatore, & judice interrogaretur L. 6, §. 1, *ff. de cust. reor.* Eutychem in Concilio Constantinopolitano Eusebius accusator, & Flavianus Concilii Præses interrogant, *act.* 7, *col.* 1010, *seq. Loqui nisi interrogato testi non licebat*, ex jure civili Romanorum, uti tradit Asconius Pedianus *in Verrin.* 3. Theophilus, & Memas Presbyteri, qui Eutychem ad Synodum vocaverant, instante Eusebio, ac jubente Flaviano, multa contra Euthychem testantur, interroganti autem Flaviano, cur non ea pridem in medium protulissent, respondent *act.* 6, *col.* 1002, *minime interrogati superfluum putavimus hæc dicere.* Antequam sententia feratur, ex jure Romanorum, proponitur terminus peremptorius, intra quem reus venire in judicium debet, eoque non veniente, sententia, in contumacem emittitur. Similem Euthychi terminum proposuerunt Constantinopolitani Concilii Patres, eoque elapso, *privabitur omnino*, inquiunt *act.* 5, *col.* 998, & *presbyteri dignitate*, & *alienabitur præesse monasterio.* Accusationem deserere ex jure civili crimen est, quod extra ordinem punitur. L. 2, *Cod. ad S. C. Turpil.* S. Gregorius M. *in can.* 6, *Caus.* 2, quæst. 3, Paulum Diaconum, quod ab Episcopi accusatione destiterat, criminis reum judicat; quamquam ei peculiares ob causas, quas memorant Romani Correctores, veniam tribuat. Damnari absentem leges Romanorum vetant L. 5, *ff. de pen. L.* 1, *ff. de requir. vel abs. L.* 6, *Cod. de accusat.* Judicium, quod a Synodo Tyria contra S. Athanasium latum fuerat, multis quidem de causis irritum habitum est; sed ea præsertim de causa,

§. V. Hæc Judiciorum ratio integra ſtetit uſque ad Concilium. Lateranenſe IV, celebratum ab Innocentio III anno 1215, quo tempore ſuus & Inquiſitioni locus datus eſt, Accuſatoriſque vicem ſupplevit publica fama. Diſſoluti Clericorum mores, & impudens vivendi licentia novam hanc judiciorum formam ſibi depoſcerant. Adeo enim Clericorum vita deformata, perverſa, conquiſitiſque vitiis inquinata erat, ut in proverbium abierit hoc dicterium: *Ubi eſt Clericorum Deus?* cap. 7 de Vot. & Vot. Redempt. Illorum ſcelera impunita erant, libera, atque inulta, eo quod nemo eſſet, qui accuſatoris perſonam capere vellet aut poſſet. Laici ab accuſandis Clericis prohibebantur cap. 1, & 2, Cauſ. 2, Quæſt. 7. Clerici moribus inter ſe ſe omnes ſimillimi ſibi veniam petebantque, dabantque viciſſim, niſi forſan ſuſceptæ inimicitiæ eos ad ſe ſe invicem accuſandum perpuliſſent, quæ rurſus accuſationi moram atque impedimenta inferebant cap. 19, 21, de Accuſ. Inquiſit. & Denunt. In id igitur res redierat, ut novo remedio opus eſſet, quod tantam morbi vim ſanare poſſet, nec ullum potius, ac præſentius viſum eſt, quam *Inquiſitorium* Judicium. Ad cæteras calamitates acceſſerat etiam Albigenſium hæreſis; cui extraordinariis hiſce auxiliis obviam eundum fuit.

§. VI. Etſi vero hæc quæſtionum habendarum ratio nova fortaſſe videatur (*f*), nec in tota Gratianea Collectione ulla ejus mentio occurrat,

ſa, quod contra abſentem jus dictum fuerat, uti patet ex reſcripto Julii I nomine evulgatum, quod extat in Athanaſii operibus *tom. 2 pag. 603, edit. Patav.* 1777, atque ex epiſtola ſynodica PP. Alexandrinorum *tom. 2, Conc. col.* 575, *collect. cit.* Contumaces etiam abſentes recte damnari ſtatutum eſt L. 5, *ff. de pœnis*, & *L.* 10, *ff. de public. judic.* Neſtorium, qui ad Synodum vocatus non venerat, depoſitionis pœnæ ab Epheſinis Patribus ſubjectum fuiſſe, tradit S. Cyrillus *ep. ad Cler. & Pop. Alexand. in tom.* 1 *Conc. col.* 1101, *cit. collect.* Similiter Dioſcorus a Chalcedonenſi Concilio act. 3, *tom.* 4 *Concil. col.* 1302, abſens damnatus eſt, poſtquam tertio inutiliter vocatus fuerat. Juris civilis diſciplina ita fert, ut reo inſinuetur ſententia, qua cognita, ipſe appellare poſſit. Sententia in Epheſino Concilio adverſus Neſtorium lata inſinuata ei eſt per litteras ſynodales, quarum epigraphe hæc eſt: *Synodus Neſtorio novo Judæ*. Poſtremo quæ a Jure civili de probationibus ab actore, de exceptionibus a reo proponendis, de concedendis utrique idoneis dilationibus ſunt conſtituta, ea fere omnia in eccleſiaſticis quoque judiciis obſervata fuiſſe, ex Conciliorum actis manifeſtum eſt. Placuit conferre Jus civile cum eccleſiaſticis judiciis, ut clarior ſit error illorum, qui Eccleſiam exterius forum habuiſſe inficiantur.

(*f*) Bohem. in Decretal. Gregor. IX, ad Lib. V, Tit. I, cap. 17, N. 3. Novum hunc proceſſum, ab INNOCENTIO III in foris eccleſiaſticis introducendum, omnibuſque epiſcopis commendatum, variis propugnat argumentis, eumque hoc modo juſtificat contra morem huc uſque uſitatum, quo nemo ſine accuſatore condemnari poterat, & inſolitum erat, judicem ſimul *accuſatoris* vices ſubire. Talis hujus inſoliti proceſſus juſtificatio haud neceſſaria, ſi jam olim cognitus fuiſſet, multo minus deſiderata *Concilii Lateranenſis* IV *approbatio ſpecialis*, in quo ad verbum omnia argumenta hic relata, reguſtantur, ceu docet c. 24, X, h. t. ubi de ratione hunc proceſſum introducendi, plenius dicam. Adhuc in primo regiminis anno objectum fuerat INNOCENTIO

rat, (Vid. Cauf. II, III, IV, V, VI.) ea tamen in veteri Judiciorum forma latebat. Nam ex leges, quæ in omnibus Judiciis Accusatorem, Accusationisque libellum requirebant, silebant in causis fidei, nec illum in reis ultro confessis, rebusque manifestis sibi dari postulabant. Ipse Apostolus Paulus Epist. II ad Corinth. V, Incesti, reum a nemine licet accusatum, Diris devovit, eo quod res esset ejusmodi, quæ in omnium ore, atque oculis versabatur. *Nec enim* (ait Auctor Qu. Testam. Op. Augustin. insert. Quæst. 10.) *accusatore opus erat, aut testibus. Publice enim novercam suam loco uxoris habebat. Non deest accusator ei, quem notoria fama accusat.*

§. VII. Inquisitorii igitur Judicii fundamentum, ac solum erat publica fama, non ea quidem, quæ stultorum, improborumque consensu est excitata, sed quæ eos habet auctores, quos integritas Fidei, innocentia vitæ, morum probitas commendet. Natales igitur popularis famæ ante omnia quærendi sunt, atque ex quibus hominibus ea primum manarit, diligentissime investigandum. Hæ sunt ex leges ac clausulæ, quibus circumdedit Innocentius III Judicium Inquisitorium (g). Sed intra hosce cancellos non consistunt Episcoporum Officiales, apud quos parva nonnunquam rumoris aura a malevolis, & maledicis hominibus orta optimos etiam viros, ac præclare de Ecclesia meritos in existimationis suæ discrimen adducit.

§. VIII.

TIO III a Mediolanensi Archiepiscopo, quod absque *accusatore* contra eum processisset, ut docet c. 2, X, *ut ecclesiast. benef. sine dimin. conf.* ibique *not.* 58, ait Pontifex: *Præterea proponebas quod, cum nullus debeat SINE ACCUSATORE damnari, nec aliquid circa negotium illud fit actum IN FORMA JUDICII, depositiones testium non poterant tibi præjudicium generare.* Non negat objectionem hanc Pontifex, nec negat, se fuisse actorem in propria caussa & judicem: sed tantum allegat, se non sine ratione commisisse *inquisitionem*, faciendam ex caussa *suspicionis*, quod merito insolitum Mediolanensi archiepiscopo visum fuit. Forsan hic casus occasionem dedit INNOCENTIO III, ut de hoc novo processu introducendo cogitaret, ceu postea factum est. Denique quia hic processus novus plane erat, sine dubio a delegatis judicibus, quibus inquisitio contra Novariensem episcopum commissa, interrogatus fuerat Pontifex: *Quomodo & qualiter prælatus procedere debeat ad inquirendum & puniendum subditorum excessus?* quæ quæstio insolita & inanis fuisset, si de *jure communi* hic processus fuisset cognitus. Cæterum pars hujus decretalis habetur in c. 17, *de judiciis*.

(g) Cap. 24, de Accusat. Inquisit. & Denunt. Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus vet. & novi testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones: sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione Concilii confirmamus. Legitur enim in evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: *Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris amplius villicare.* Et in Genesi Dominus ait: *Descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur, quod non solum subditos, verum etiam cum prælatus excedit, si per clamorem & famam ad aures superioris pervenerit, non quidem a malevolis & maledicis, sed a providis & honestis, nec semel tantum, sed sæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifestat, debet coram ecclesiæ senioribus veritatem dili-

§. VIII. Quid quod quælibet quoque *Denuntiatio* quoslibet etiam magno nomine dignos arripit, ac de bonis fortunisque suis eos cogit dimicare? Quod si *Denuntiationes* antiquitati cognitæ fuerunt, non eo spectarunt, ut condemnationi, sed ut admonitioni tantum locus esset; uti discimus ex Divo Augustino rel. in Can. XIX, Caus. II, Qu. I. *Forte quod tu scis, & ego scio, sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. Sunt homines adulteri, in domibus suis secreto peccant; aliquando nobis produntur ab uxoribus suis plerumque zelantibus, aliquando maritorum suorum salutem quærentibus. Non prodimus palam, sed secreto arguimus. Ubi contigit malum, ibi moriatur & malum. Non tamen vulnus illud negligimus ante omnia ostendentes, homini in tali peccato constituto, sauciamque gerenti conscientiam illud vulnus esse mortiferum . . . si solus nosti, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor* (Et alibi) *Denuntiationi fidendum non est; nam si nominatio sola sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia sæpe falso in quoquam crimina nominantur.*

§. IX. Nec obliviscendi testes illi Synodales, quorum commemoratio habetur in cap. 25, De Accusat. & in can. 7, Caus. XXXV, Qu. VI, ubi eorum jusjurandum recitatur, cujus jurisjurandi formula non ex Conciliorum, non ex Pontificum decretis, sed ex Episcopalibus Constitutionibus hausta est, uti animadvertit Balutius in Not. ad Regin. p. 579.

(b)

gentius perscrutari; ut, si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tanquam idem sit accusator & judex, sed quasi denuntiante fama, vel deferente clamore, officii sui debitum exsequatur. Licet autem hoc sit observandum in subditis; diligentius tamen est observandum in prælatis: qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere; cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideo sancti patres provide statuerunt, ut accusatio prælatorum non facile admittatur, ne, concussis columnis, corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere prælatis, ne criminarentur injuste: ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes medicinam congruam, videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis, idest, degradationem intenditur, nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ut jam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari; absque dubitationis scrupulo ad inquirendum & puniendum ejus excessus, non ex odii fomite, sed charitatis procedatur affectu, quatenus, si fuerit gravis excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino; quod est secundum sententiam evangelicam a villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio; nisi se per contumaciam absentaverit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi se ipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, ut, quid, & a quo sit dictum, appareat, publicanda, necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: ne per suppressionem nominum, infamandi, per excepprio-

(*h*) Horum munus erat Diœcesim lustrare, videreque, num. synodalibus. scitis, ac jussis suus ubique staret honos, omniaque quæ sentirent, quæque rescirent, futuræ Synodo obnuntiare. Ducang. in Gloss. Verb. *Testes Synod.* Civonius *Observ. Jur. Canon. Lib. I, cap.* 18; Thomassinus *de vet. & nov. Eccl. Discipl. Part. II, Lib. III, Cap.* 76, *n.* 8, *& cap.* 79, *n.* 9, *& seq.* Janus a Costa ad Cap. I, Tit. XXXI, Decret. pag. 156, Altessera de Jurisd. Eccles. Lib. II, cap. 19. At hi testes Synodales bonis initiis orsi (*i*) fœdos exitus habuerunt. Nam non provinciæ suæ bene gerendæ studio incensi, sed odio, invidia, cupiditate abrepti suas privatas persequebantur injurias, iisque omnibus, quibuscum de re aliqua diffidebant, perniciem intentabant, exitiumque parabant. Quamobrem conticescere jussi, se seque omni magistratu abdicare coacti. (Vid. Piasececium in prax. Episcopal. Part. II, cap. II, n. 2.)

§. X.

---

ptionum vero exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectus. Contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem ipsorum; ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave dispendium veniatur, sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denuntiationem caritativa monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio prævenire, illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequaque servandum: quæ, cum causa requirit, facilius & liberius a suis possint administrationibus amoveri.

(h) Boehm. in Gratian. Decret. ad Caus. XXXV, Qu. VI, can. 7, N. 49. Isidorus quidem in spuria collectione duas epistolas Eutychiano tribuit, sed de hac formula altum ibidem silentium. Nec Regino *lib.* II *de discipl. eccles. c.* 3, hanc eidem tribuit, sed Burchardus *lib.* I, *c.* 91, *seq.* demum primus fuit, qui eam ex Eutychiano laudaret, licet admodum impudenter. Nam quæ in eo continentur, aliena sunt ab ævo hujus pontificis, & Carolingica tempora redolent. Quocirca merito accedo ad sententiam Baluti *in not. ad Regin. p.* 579, existimantis, hoc capitulum nec ex Concilio quodam nec ex decretis pontificum desumtum esse, sed fuisse *formulam*, in *ordine quodam* præscriptam, secundum quam Episcopi in visitationibus suis procedere deberent. Similis formula occurrit *in c.* 9, *&* 11, infra, quam tamen Gratianus ex nullo loco laudat. Plerique episcopi *ordines* habebant, in quibus tales formulæ, ut olim in diurno Romano, præscriptæ erant, unde hæ quoque, quas Gratianus habet, haustæ sunt.

(i) Benedict. XIV De Syn. Diœces. Lib. IV, cap. III, §. VIII. Verum ea est rerum humanarum conditio, ut non omnia, quæ optima sunt, semper in praxim deduci valeant. Synodalium Testium utilitatem jure meritoque extollunt sanctissimi Ecclesiæ Canones, eamque optime cognovit S. Thuribius in sexta Synodo Diœcesana Limensi, habita anno 1590, *cap.* 13, *tom.* 4 Collectionis Cardinalis de Aguirre *pag.* 453, inquiens: *Ratio, ob quam sancti Patres juste & sancte instituerunt, ut Synodi singulis annis fierent, erat, ut in eis tractetur correctio & emendatio malorum morum, atque bonorum reformatio, & ut in eis constituatur, quod expedit ad bonum regimen animarum, & de rebus ab Episcopatus pertinentibus. Et, ut quod ordinaritur, & fieret in eisdem Synodis, cum majori efficacia adimpleretur, ac desideratum sortiretur effectum, statuerunt, ut*

§. X. In testium Synodalium locum subiere Fiscales Episcoporum. Vereor ne quis Aristarchus etiam adversus hosce buccas inflet, frontemque corruget. Nam cum & hi e Curialium numero sint, non secus ac ipsi Officiales, fit hinc, ut Curia Episcopalis uno, eodemque tempore Accusatoris, Testis, ac Judicis partes suscipiat. Curia libellum componit; Curia nomen & defert, & recipit, Curia testes producit, audit, eorumque dicta in acta refert. Curia sententiam fert, in publicum edit, eamque executioni mandat. Quid igitur aliud restat, nisi ut Curia & rea omnium ore peragatur.

QU.

in singulis Episcopatibus constituerentur, & nominarentur Testes Synodales personæ idoneæ, & bonæ, quæ per totum Archiepiscopatum, quisque in districtu sibi assignato, magna diligentia inquirant, qualiter servetur & adimpleatur quod in Synodis constitutum, & præceptum est. Et nemo profecto est adeo hebetis ingenii, qui non videat, quantum illorum opera ad rectam conferret diœcesis administrationem; multis siquidem malis obviam iretur, si Episcopus ex relatione hominum integerrimæ fidei illa præsciret. Et nihilominus difficile, ne impossibile dicam, est hujusmodi homines invenire, qui veline id muneris capessere; enimvero quamquam, ut omnem ab illis arcerent invidiam, jamdiu cœperint Episcopi Testium nomina in Synodo non publicare, eorumque juramentum secreto excipere, quod et fieri permisit citatus Bonhomius, & a multis Episcopis factum, asserit Gavantus *in sua praxi in annot. ad cap.* 33, non propterea tamen, quos exoptassent, allicere potuerunt ad prædictum munus acceptandum. Præsto siquidem ii essent, qui illud affectarent, ut charitatis & zeli prætexu, possent pro libito huic aut illi sibi inviso, falsum crimen appingere. Sed viri vere probi & integerrimi, qui omni seposito humano affectu, veritatem investigent, eamque sincere Episcopo, solo charitatis studio, aperiant, desiderari quidem possunt, sperari tamen non possunt.



QU. XXX.

Quid narras de Vicario Visitatore?

§. I. QUI Vicarii Visitatores a nobis nunc appellantur, olim dicti fuere *Periodeutæ*. Hoc nomen primo inditum fuit illis Medicis, qui ad ægros visendos tota Urbe circulabantur, quorum meminit Modestinus in Lib. VI, §. 1. *Medici, qui PERIODEUTÆ, i.e. circulatores vocantur, a muneribus requiem habent*. Postea translatum est ad eos Presbyteros, qui, quo tempore singuli Episcopatus singulas habebant Ecclesias, totam Diœcesim perambulabant, ut Christianis affecta ætate, infirmis viribus, atque ægra valetudine sacra ministrarent, (Vid. sup. Qu. VII, N. a.) tum ad illos traductum est, qui, Ecclesiarum numero aucto, ab Ecclesia Cathedrali ad minores Ecclesias missitabantur, ut rem divinam facerent, ac Mysteria celebrarent. (Vid. sup. Qu. XI.) Tandem ad eos propagatum est, queis Episcopi Diœcesim visitandi munus demandarunt.

§. II. Hinc patet, quantopere fallantur ii (*a*), qui Periodeutas eosdem ac Chorepiscopos fuisse arbitrantur, atque uti ex illo ipso Laodiceno canone 57, quem ad sententiæ

(a) Petrus de Marca de Conc. Sac. & Imp. Lib. II, Cap. XIII, §. 6. Quod a Synodo Laodicena ducendum est, qua cavetur, ne in villulis, aut in agris Episcopi constituantur, sed περιοδευτάς; idest, *Visitatores*, ut reddit Dionysius Exiguus, quod idem est cum Chorepiscopis, ut mox dicam. Aliquot annis ante hanc synodum decretum fuerat a Concilio Sardicensi, ne Episcopi ordinarentur per vicos & modicas civitates: *Licentia danda non est ordinandi Episcopum aut in vico aliquo aut in modica civitate, cui sufficit unus Presbyter: quia non est necesse, ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi & auctoritas*. Amovet ergo Synodus Laodicena Episcopos a vicis, eisque, qui jam constituti erant, eam legem præscribit, ut *nihil faciant præter conscientiam Episcopi civitatis*; idest, ut nihil eorum tentent, quæ muneris Episcopalis partes attingunt, quin prius ad civitatis Episcopum retulerint. Tum subdit canon: *Similiter & Presbyteri præter consilium Episcopi nihil agant*. Quod pertinet ad Presbyteros περιοδευτὰς seu Visitatores, de quibus locutus est, qui nihil agere debent absque consilio & sententia Episcopi in iis, quæ munus Visitatoris respiciunt, idest, Chorepiscopatus ministerium. Huc plane respexit Basilius. Quod non solum colligitur ex eo, quod nullus canon proferri potest, præter istum, qui illius sententiæ suffragetur, sed etiam verbis, quæ mutuatur e canone Laodiceno: *Ne quem adscribatis in clerum, ante quam ad nos retuleritis, aut sciatis, quod laicus censebitur, qui præter sententiam nostram in ministerium receptus fuerit*, ἄνευ ἡμετέρης γνώμης. Hæc verba deprompta sunt e canone Laodiceno,

tiæ suæ defensionem in medium afferunt, contrarium plane evincatur. Habe Canonis verba: *Non oportet in vicis, aut villis Episcopos ordinari, sed Periodeutas*. Liceat nobis ea regustare, quæ superiore libro in hanc rem disputata a nobis sunt, & clara in luce posita, nimirum primis Ecclesiæ sæculis, quot oppida, quot pagi, quot vici, tot etiam Diœceses, tot Presbyteria, tot Episcopos extitisse; agrorum Episcopos ante sæculum IV eodem ac Urbanos honore, ac nomine dignatos fuisse, nec nisi post Sæculum IV *Chorepiscopos*, seu *Rurepiscopos* appellitatos; ac denique per Concilium Sardicense, ac Laodicenum e sua sede, statuque dimotos, in eorumque locum eos Presbyteros subrogatos, qui antea ad minorum Ecclesiarum rem curandam, tutandamque mittebantur, quique proinde *Periodeutæ* nominabantur. Non igitur Periodeutæ iidem ac Chorepiscopi, sed qui Periodeutarum munere prius fungebantur, ii postea illis Ecclesiis præfecti fuerunt, queis antea præerant Chorepiscopi, hoc est Villarum Episcopi, quæque jam ex Episcopali lætitia ad Parochialem luctum reciderant. (Vid. sup. Lib. IV, Qu. V.)

§. III. Cum igitur Urbium Episcopi suo Pedo etiam Agrorum Episcopatus subjecissent, singulasque Ecclesias suis Ministris instruxissent, non amplius eguerunt iis Periodeutis, qui sacra in minoribus Ecclesiis ministrarent, sed aliis, qui Ecclesiarum Ministros inviserent, in eorumque mores, vitamque inquirerent. Majorum enim gentium Episcopi partim socordia, atque desidia, partim creberrimis ad Concilia, quæ tunc adversus Arianos frequentissime habebantur, itionibus impediebantur, quominus singulis annis (*b*) suas Diœceses longe jam lateque fusas obirent, tot Ecclesias tamque magno locorum intervallo disjunctas lustrarent, tot plebes, tot gentes, tot populos sua præsentia recrearent. Ne igitur tanto huic muneri penitus deesse viderentur, hanc Provinciam delectis Cathedralium Ecclesiarum Presbyteris demandarunt, qui & ipsi ab imposito sibi onere circumeundi, & Visitandi *Periodeutarum* nomen invenerunt.

§. IV. At postquam in Presbyteriis institutæ fuerunt dignitates, personatus, (Vid. supra Qu. XXI, §. 1.) officia, & singulis singula munia didita, tunc Visitandi munus obtigit Archidiaconis, qui primum hac potestate usi sunt tanquam sibi ab

---

no, διὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου. Unde constanter asserere audeo, eundem esse Chorepiscopum, & περιοδευτήν.

(b) Concil. Tarraconense an. 516, can. 8. *Decrevimus, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur & annuis vicibus ab Episcopo Diœceses visitentur*. Vid. c. 10, C. 9, q. 1. *In Concil. Toletano IV*, c. 35, anno 633, apud Gratianum *cit. l. c.* 11, idem confirmatum: *Episcopum per cunctas Diœceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet*. Additur tamen: *Quod si ipse aut languore detentus aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit; presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui reditus basilicarum & reparationes & ministrantium vitam inquirant*.

ab Episcopo permissa, postea vero uti a Canonibus sibi concessa. (Vid. Thomass. Part. II, Lib. III, cap. 81, §. 1.) At Feudalis Jurisdictio, quæ Capitulorum jura vilem jam redegit ad assem, etiam Archidiaconos Visitandi jure passim spoliavit. Itaque ad cæteras domestici Episcopi Senatus prædas accessit etiam Vicarius Visitator, qui in Visitationibus Episcopi latus tegat, qui opera, consilio, studio præsto sit, quique sacella, ædiculas, lararia ex sese visitet, atque perlustret.





Q U.



QU. XXXI.

Quid ais de aliis Capitulorum dignitatibus, personatibus, & officiis?

Plures aliæ in Cathedralibus ac Collegiatis Ecclesiis numerantur Dignitates, Personatus, & Officia, ut Archidiaconatus, Thesauraria, Primiceriatus, Præcentoria, aliaque hujusmodi. Verum, cum hæc officia non Presbyteratus ordinem sibi deposcant, sed Diaconorum ministerio contenta sint, cumque de Diaconorum juribus in altero Libro plena manu acturi simus, idcirco quæ huic convivio hìc desunt epulæ, eas ibi tibi parari, instrui, apponi curabimus. Atque ne earum desiderio diutius tenearis, qui proxime sequetur Liber VI, eas tibi dabit. Ita intelliges, quare a nobis propositum fuerit, (Vid. Lib. I, IV, Præf. Typog. ad Lect.) prius de Diaconali, quam de Parochiali Jure disceptationem instituere. (Vid. Lib. I, in Præf. Typ. ad Lector.)

FINIS.

IN-

INDEX QUÆSTIONUM.

LIBER V.

FINIS.

